

Et per hoc patet responso ad primum & secundum argumentum contrarium, quod mulieres quinquagenarie continentur inhabiles ad concipiendum.

Non obstat tertium, quod libera quinquagenaria non teneatur ad opera, quia in ea exemptione non consideratur periculum fornicationis & ideo non est simile.

Et eodem modo responderetur ad quartum, quod testes dicantur senes in quinquagesimo anno quoad examen ad eternam rei memoriam, quia nec eo casu consideratur huiusmodi periculum; sed timor mortis duntaxat, ut hic per Innoc. præterquam quod Abbas in eodem c. Quoniam frequenter n. 28. dicit hunc verisimilem timorem vario modo contingere secundum diversitatem complexionum; & ideo teli qui iudicis arbitrio qui illum iudicabit tenent usque ad septuagesimum annum, ubi hunc verisimilem timorem concipit. Adde quod in Dominio Mediolanensi senex quoad prædictum effectum dicitur qui annum sexagesimum agit, ex Constitutione in tit. de probat. c. 1. ut refert Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. cap. 99. in fine.

Non obstat ultimum, quod mulieres quinquagenarie, etiam vegetes & robuste non teneantur ad jejunia Ecclesie. Primum enim responderetur non valere illationem ab exemptione à jejuniis ad liberationem à periculo incontinentie, ut dixi supra n. 81.

Deinde responderetur contrarium tenere usum omnes Doctores; solum enim Thomas Sanchez primus hanc opinionem exemptionis quinquagenarie à jejuniis in medium attulit, ut ipse fatetur qui propterea subdit illam esse quidem speculative probabilem; sed non esse tutam in praxi. Sed certe si esset probabilis speculative, esset etiam tuta in practica, quia intellectus practicus nihil est aliud quam extensio intellectus speculativi, ut docet Divus Thomas in 1. par. q. 79. art. 11. & dixi in tract. de opin. probabilium quem posui in c. Ne imitari n. 99. & seqq. supra de Constit. Veritas tamen est huiusmodi sententiam nec speculative quidem esse probabilem; tamen enim esse verum quod ait Hippocrates Aphor. 14. Senes diu jejuniis ferre non possunt, eo quod si unicus usque totum alimentum ad vitam necessarium assumerent, vorum calor qui in extremo debilitatus est ac perexiguus, suffocaretur; & ideo egent cibo crebro & modico.

Verum hæc Hippocratis auctoritas nullatenus applicari potest mulieribus quinquagenariis, præsertim validis & robustis, de quibus loquitur Sanchez in sua opinione, sed procedit in decrepitis, & senio confectis tantum, quorum calor est penè extinctus. Et de his Galen. ibi in Comment. dicit: Tale patitur senes, quale lucernæ penè extinctis accidit, quæ continuam exigunt olei suffusionem, multam autem & subitam simul nequeunt sustinere. Et de his Aristot. in lib. de juvenit. & senectut. cap. 14. Propterea, inquit, quod paucum est calidum, velut clarum evaporatum in multitudine vite, si quæ utique intus fiat particula, cito extinguatur, quemadmodum pauca & momentanea in isto flamma existente propter parvam motum extinguitur: Quapropter & sine dolore est, quæ in senibus mors, nulla enim violenta ipsi passione contingente moriuntur, sed insensibilis animæ abolitio fit omnino.

At verò in senibus non decrepitis locum habet præcedens Aphorismus Hippocratis 13. videlicet, Senes facillimè jejuniis ferunt, ut ibi in Comment. declarant Calen. & Philoth. afferentes posteriorem hanc Hippocratis sententiam non promiscuè de quibusvis senibus esse intelligendam, sed de illis tantum, qui extremam senectutem non attingunt. Idemque sentit Hollerius, qui Hippocratis verbum, Gerentes, vertit senes non decrepitos.

Et in terminis excusationis à jejuniis ita declarat Richard. de Media Villa in 4. dist. 15. art. 4. quæst. 4. dicens ad jejuniis non obligari nimium senes, id est decrepitos, quia propter debilitatem caloris indigent crebro refici, cujusmodi sunt regulariter qui septuagesimum annum compleverunt secundum Medicos. Et eum refert, & sequitur Silveit. in ver. Jejunium, num. 18. vers. Richardus tamen. Idemque tradunt S. Antonin. Rosell. & Tabiena relati supra n. 79. Et ex modernis Azor. ibidem citatus, qui de communi testatur, & Tolet. in summ. lib. 6. cap. 4. num. 2.

Præterea non est admittenda ea doctrina, quod ætas quæ

in viris est sexagenaria, in feminis sit quinquagenaria quoad jejuniis, siquidem Doctores hanc differentiam non continent, nec probatur jure. Et contrarium colligitur ex Bulla Cruciate, quæ ab exceptione Ecclesiasticorum, & quarumlibet personarum regularium ab indulto vescendi lacteicinis, excludit peronas sexagenarias, nulla habita distinctione sexus. Nec valet responso Sanchez, quod propterea in casu Bullæ à pari procedant mares & femine, quia Pontifices in eo casu certam ætatem tam viris, quam mulieribus præfixerunt. Etenim ætatem suam summi Pontifices irrationabiliter omnibus præfixissent, si naturaliter inter masculos & feminas in materia jejunii constituenda esset differentia decem annorum, atque absurdum est Pontifices maximos id contra naturalem rationem sanxisse.

Nec refragatur quod mulieres sint viris frigidiore; quoniam hinc potius inferitur, ut sint magis obstrictæ ad jejuniandum, nam ex caloris debilitate major pituita, & crudorum humorum copia generatur; & propterea jejuniis facillius ferunt; modico enim cibo diutius sustentantur; minusque sentiunt detrimentum in Media, quam viri, quibus calor edax alimento deficiente humidum radicale depaicit. Et hæc est ratio, ob quam multo plures femine, quam viri vixit sunt, quæ naturaliter longum servaverunt jejuniis. Nam ex Alberto Magno plures sex, septem, & pluribus mensibus vixerunt sine ullo externo alimento. Imò relatum est à Dyno Medico, ut inquit Mercurialis. lib. 3. practic. cap. 7. mulierem quandam suo tempore fuisse, quæ septem annis sine ullo appetitu & cibo vixerat. Et quod est admirabilis, Conciliator diff. 112. prope finem, Certificatum, inquit, mihi per fidelem socium Joannem de Correo Normandiam cum aliis quam multis dicentem illæ extare mulierem, quæ amodo per spatium triginta sex annorum nihil assumpsit.

Accedit quod cum in jejuniis jam ubique receptus sit usus refectiois loco cœnæ, certe alimento licet modico in refectioe assumpto senes, & præsertim mulieres quinquagenarie facillè possunt jejuniis protrahere in sequentem diem absque ullo corporali detrimento, quin potius cum utilitate. Hinc enim si qua superfluitas cumulata fuerit per cœnæ omissionem, vel à natura ipsa facile accidere potest, ut restitueretur, & in optimum alimentum converteretur, prout in indigentia natura ipsa facere consuevit, vel saltem evincatur, & per insensibilem transpirationem, vel aliâ ex corpore expellatur, ut dicunt Medici.

Nec obstat si dicatur, Si prædicta ratio attendenda esset, septuagenarii quoque tenerentur ad jejunia Ecclesie, cum ipsi magis abundent flegmatibus & humoribus crudis, & tamen communis sententia eos excusat. Etenim ut ex dictis constat in decrepitis & confectis in extremo senio diversa est ratio, eum calor coram fore assumptus indiget crebro alimentum suffusione.

Concludendo existimo licentiam morandi in seculo cum voto simplici continentie, viro Religione proficiente, nullo modo esse concedendam uxori ante quinquagesimum annum, quia in ea ætate deficit utraque qualitas requisita in hac decretali. Neque enim senex dici potest, cum jure nostro ante quinquagesimum annum non incipiat senectus, ut patet ex dictis n. 23. & consequenter nec potest dici sterilis ea sterilitate quæ provenit ex senectute.

Sed nec post annum quinquagesimum puto ejusmodi licentiam concedendam esse indistinctè, ut habet secunda opinio, sed speclandum esse robur & temperamentum corporis, item honestatem & temperantiam vitæ, præterea qualitatem regionis; alicubi enim mulieres non raro concipiunt etiam post quinquagesimum annum, ut de Perusinis testes sunt Bold. & Angel. præallegatis num. 52. Præcipua autem ratio habenda erit quantum temporis intercesserit ab ultimo partu; non enim æquè judicanda esset libera à fomite libidinis illa major quinquagenaria, quæ peperit in quinquagesimo anno, atque illa quæ desit parere in quadagesimo secundum ea quæ dicta sunt supra n. 85. Quæ omnia cum non omnibus mulieribus æqualiter contingant, arbitrio & prudenti Episcopi, singulis circumstantiis diligenter perspectis, dijudicandum erit, an prædicta licentia sit concedenda, vel deneganda, ut tenet Ant. de Butr. in cap. 1. num. 5. supra eodem.



DE CONVERSIONE CONJUGATORUM.

Idem Alexander III. Strigon. & Colon. Archiepiscopo.

CAPUT V.

Conjugatus: & infra. Nullus conjugatorum est ad sacros ordines promovendus; Nisi ab uxore continentiam proficiente, fuerit absolutus.

SUMMARIUM.

- 1 Conjugatus non est ordinandus ad sacros Ordines, nisi uxor continentiam promittat.
- 2 Quod si ordinari se rejecerit, an uxor teneatur Religionem profiteri, aut saltem cogi possit ad permanendum in clausura alicujus Monasterii Monialium in habitu seculari, ut vitentur scandala, & n. seq. usque in finem.
- 3 Professio tacta delationem annuam habitus indistincti ceteris Novitiarum distincti ab habitu Professorum distinctione potest.
- 4 Novitius ante habitum Professorum susceptum potest liberè redire ad seculum, nisi apparet eum voluisse vitam mutare, quod in dubio non præsumitur.
- 5 Novitius per delationem annuam habitus indistincti ceteris tacite professus præsumptione juris, & de jure, nisi aliter fuerit protestatus.
- 6 Professio tacta de jure communi non inducit quoad impuberes per annum habitus delationem, si habitus sit distinctus distinctione lateri, sicut quoad puberes.
- 7 Idem si habitus sit indistinctus.
- 8 Uxor censetur se ad castitatem obligare, si vir de ejus licentia sacros Ordines suscipiat.
- 9 Et quid si uxor ignoraverit quoad hoc juris dispositionem.
- 10 Uxor, de cujus licentia vir ad sacros Ordines ascendit, si sit juvenis, sive sit suspecta de incontinentia, sive non,

teneatur Religionem solemniter profiteri, secus si sit senex, & non suspecta, quia sufficit votum castitatis in seculo.

Intellectus cap. Episcopus, 77. distinct.

Episcopi licentia an requiratur ad hoc, ut vir possit ad sacros Ordines promoveri, & uxor Religionem ingredi.

Conjugatus non potest ad sacros Ordines ascendere absque uxoris licentia, etiam si matrimonium non fuerit consummatum; ac si ascendat, revocari potest ab uxore, & teneatur ei debitum reddere, sed exigere non potest, & num. seq.

Conjug. invit. uxore ordinatus, potest ab ea revocari, etiam post sententiam divortii.

Uxor innocens, an post thori separationem habeat jus tendi ut sibi vir reconcilietur.

Uxor, quæ sciens viri ordinationem tacuit, & dissimulavit usque ad divortii sententiam, videtur ei licentiam dedisse, & juri suo renntiasse.

Conjug. non potest ad sacros Ordines ascendere, uxore id ignorante, & non consentiente, etiam si præcesserit sententia divortii.

Uxor, cujus vir sacris Ordinibus est initiatus, ipsa ignorante, induci debet, sed cogi non potest ad professionem emittendam, aut ad perseverandum in clausura.

Conjugatus. Conjugatus non est ordinandus ad sacros Ordines, nisi uxor continentiam promittat. Hoc dicit. Ex hoc quæritur est, si conjugatus ad sacros Ordines promoveri fecerit, an uxor teneatur Religionem solemniter profiteri, aut saltem cogi possit ad perseverandum in clausura alicujus Monasterii Monialium in habitu seculari, ut vitentur scandala.

Catharina Cesa post divortium cum Marchione Julio de Ruvère ejus marito, de licentia Gregorii XV. ingressa est Monasterium S. Agidii Urbis, ut ibi professionem emitteret, & habitum Novitiarum detulit per duos annos. Interim Marchio in præbiterium ordinatus est. Mox Catharina exivit e Monasterio, ut iter in Germaniam pararet; donavit enim triginta millia scutorum pro Monasterio in illis partibus construendo, sed iusta à Sanctissimus in Monasterium rediit. Intendit nunc iterum exire, ut creditur in Germaniam profectura. Princeps Sancti Angeli ejus frater petit ordinari, ut soror in clausura permanere eundem, vel alterius Monasterii.

Pro dubii solutione duo articuli videntur examinandi. Primum, an uxor sit cogenda ad clausuram tanquam professa. Secundus, an sit cogenda ad eam clausuram ob sacros Ordines à marito susceptos, & ad vitanda scandala.

Quoad primum perquirendum esset, an in dicto Monasterio habitus Novitiarum sit distinctus ab habitu Professorum distinctione lateri in colore, scissura, vel forma, an non; si enim distinctus sit, & ipsa non assumpserit habitum, qui proficillè dari consuevit, non est locus tacite professioni, Clem. Eas, de Regular. quantumcumque tempore iterit in Religione, Innoc. in cap. Ex parte, in prin. vers. Hic non erant distincti habitus, eodem tit. Unde Abb. Antiqu. in cap. Consultis, num. 2. eodem. dicit se vidisse litteras Papales absolutiois concessas eidem Monacho, qui talem habitum detulerat ferè per decem annos, ut refertur per gloss. in d. Clem. Eas, in ver. Desinere.

Neque obstat text. in cap. Statutus de Regular. ubi Novitius ante habitum professorum susceptum dicitur posse redire ad seculum, nisi evideret apparet quod absolute voluerit vitam mutare, & in Religione perpetuo Domino deservire. Nam aut sumus infra annum probationis; & ille textus non habet locum post Concilium Tridentinum; quo professio etiam expressa ante annum expletum non tenet, cap. 15. sess. 25. de Regular. Aut sumus post annum, & tunc procedit quidem ille textus, quia quod non mutatur, & cetera, ut ut quavis habitus sit patenter distinctus, & Novitius retineat habitum Novitiarum, adhuc tamen censetur proficillè, si elapso anno evideret apparet eum voluisse vitam mutare. Sed tamen hoc in dubio non presumitur, ut deciditur in d. c. Statutus, & tradunt ibi gloss. & DD. communiter, signa autem evidentiæ mutationis recententur per Joan. Andr. ibi: Hoc casu de his signis non videtur constare, quod enim ingressa fuerit Monasterium, quod habitus in Novitiarum suscepit, quod petierit & obtinuerit licentiam proficillendi, etiam invito viro, quod de bonis propriis disposuerit, solum indicant propositum totum proficillendi, sed non demonstrent presentem status mutationem, aliis omnis Novitius elapso anno diceretur proficillè, quavis habitum Professorum non susciperet, quia unusquisque habitum Novitiarum suscipit animo proficillendi Religionem, postquam eam probaverit, & tamen professio non inducit habitum non mutato, nisi evidentiæ signa, & cetera, ut in d. Clem. Eas, & in cap. Statutus.

Si autem habitus in dicto Monasterio sit indistinctus, id est communis tam Novitiis, quam Professoris, tunc uxor per delationem huiusmodi habitus ultra annum est tacite professio præsumptione juris, & de jure, quæ non admittit probationem in contrarium, text. est in cap. 1. ff. fin. ubi omnes notant, de Regular. lib. 6. & d. Clem. Eas, eod. tit. gloss. in d. cap. Ex parte, in ver. Per annum, nisi fuerit proceclata

nisi votum obedientie, & perpetue stabilitatis in predicto Monasterio vivendi, ut per Navar. *conf. 6. num. 9. de voto.* Secundum requisitum est ut hæc vota emittantur in manibus habentibus potestatem incorporandi Religionem, juxta textum in *cap. Porrethum*, ubi Innoc. Abb. & ceteri not. *de Regul. cum concord.* Et hoc requisitum similiter potest impleri à Sede Apostolica per specialem delegationem Abbati S. Pauli, vel alteri, cui magis placuerit, ut notatur per Doctores in *d. cap. Porrethum*, & in *cap. Insuperante qui cler. vel voven.* & per Navar. *conf. 89. de Regular.* Tertium requisitum est ut fiat hæc professio in aliqua Religione à Sede Apostolica approbata, *cap. 1. de voto, in 6.* Hoc tertium requisitum deficit, quia dictum Monasterium non est regulare, ut per Navar. *d. conf. 6. de voto.* Nec videtur posse suppleri, quia dicta mulier non vult incorporari alicui Religioni, sed vult esse secularis in predicta domo. Non videtur autem jure nostro posse decerni, ut professio emissa in domo seculari absque incorporatione alicui de Religionibus approbatis, censetur regularis ad effectum dirimendi Matrimonium, ex tribus fundamentis.

17 Primum est, quia videtur implicare contradictionem ut hæc mulier sit regularis & non sit incorporata alicui ex Religionibus approbatis, *c. 1. de relig. domibus lib. 6. & cap. Insuperante cod. tit.* Sed sit membrum regulare in corpore & capite seculari; esset enim veluti monitum & quædam plenitudo, que non potest inesse producti, ut eleganter scribit Oldrad. *conf. 172. incipit, Quia omnia, à n. 5. usque in fin.* unde Lapsus Abb. in Clem. *1. de provol. verbum illud, Religiosus*, exponit, id est Religionis per Sedem Apostolicam approbatæ, alias non essent religiosi. Unde non videtur super hoc de jure posse concedi dispensatio, cum de substantia voti religionis ad effectum solvendi Matrimonium ratum sit ut solemnizetur per professionem emissam in aliqua ex Religionibus approbatis ad prescriptum, *d. c. un. de voto in 6. & propterea gloss. in d. c. Cum ad Monasterium de stat. Monach. in verb. Abdicatio*, reddens rationem cur Papa non possit dispensare ut Monachus habeat proprium, dicit hoc ideo esse, quia abdicatio proprietatis est de substantia monachatus, quod indicant verba illa text. *ad annexa est regula Monachali.* Quod & docuit D. Thom. *in 2. 2. q. 88. art. 11.*

18 Secundum fundamentum. Ad hoc ut quis efficiatur regularis, requiritur necessarîo consensus non solum Novitii sed etiam religionis, quia professio est contractus reciprocus & ultro citroque obligatorius, *c. Ad Apostolicam & cap. Porrethum de Regul. Gemin. & Franc. in d. c. un. Navar. conf. 26. in princ. de Regular.* Non videtur ergo statui posse ut emittatur ab uxore professio regularis, nisi aliqua sit religio que assensum præbeat & illi obligetur. Hoc autem casu nulla religio obligabitur, sed solum mulieres oblate & seculares Turris Speculorum; cum præsertim ante professionem requiratur ut Novitius per annum probet auteritatem religionis & religio mores Novitii tam ex prescripto Sacrorum Canonum, ut in *d. cap. Ad Apostolicam, cap. Non solum & cap. Constitutionem de Regular. in 6.* quam ex decreto Concil. Trident. *cap. 15. sess. 25. de Regular.* quod hoc casu non poterit verificari.

19 Tertium fundamentum, professio quam emitteret dicta mulier revera non esset professio religionis secundum Canones; unde si Sedes Apostolica statueret ut per illam professio emirimeretur Matrimonium, daretur novus modus Matrimonium dissolvendi, id est per professionem emissam in domo seculari, absque ulla incorporatione alicui Religioni à Sede Apostolica approbatæ.

20 Hoc autem maximum dubium est an jure fieri possit, sicuti multi censent Summum Pontificem non posse statuere, ut Matrimonium ratum dissolvatur per consummatum ut post Covarr. & alios Sanchez *lib. 2. disp. 14. n. 4. de quo tamen vide Turrec. in cap. Sicut qui dicunt, n. 4. 27. q. 2.* Et quamvis non desisset potestas; hoc tamen indultum esset novum, & sine exemplo. In hac autem gravissima materia magnopere videtur cavendum à novitatibus.

21 Recurrunt ergo Advocati ad secundum modum, id est ad dispensationem. De potestate jam non dubitatur; prævaluit enim opinio Canonistarum, ut in *cap. Ex publico*, & ibi dixi supra eodem. Difficultas in causis versatur, debent enim esse admodum graves.

Prima causa, quam adducunt Advocati, est timor fragilitatis viri; allegant Sanchez *de Matrim. lib. 2. disp. 16. n.* Sed hæc causa est omnino intusiciens. Et Sanchez & alii ab eo relati loquuntur de fragilitate post Matrimonium contractum, non autem de timore fragilitatis; alioquin inventus esset modus statim dissolvendi Matrimonium & inutilis esset habitatio triennalis & alia juri remedia de quibus in *cap. Fraternalitas & cap. Laudabilem, de frigid. & malis.*

22 Secunda ratio, transitus ad cohabitatum & statum perfectionem. Sed necque hæc sufficiens est alioquin omnes Tertiarie seu Mantellatæ vel Ursuline possent obtinere dispensationem

cum tamen earum votis Matrimonium non dirimatur secundum Abb. in *d. cap. Ex publico & hic in ultim. notab. 6. vers. Ex hoc infero*, quia etiam habent certam regulam à Sede Apostolica approbatam, tamen ut hic patet, non sufficit recipere velum & servare continentiam; sed oportet ut quis se adstringat ad certam religionem approbatam, ubi scilicet emittuntur tria substantialem religionis. Ad hoc quod habetur in Extravag. Antiqua, Joannis XXI. ubi clarius hoc est expressum. Hujusmodi autem Mantellatæ non sunt stricto modo religiose, cum non voveant tria substantialem, nec propriè dicuntur habere regulam, sed quandam modum vivendi, ut in simili dicit glossa notab. in Clement. *1. in verb. Obsequium de relig. domibus.* Et latius idem Abbas in rubric. supra de Regular. Hinc fit ut professio vite eremiticæ Matrimonium ratum non dissolvatur. Sotus *de justit. & jur. lib. 7. q. 5. art. 3. & notatur in §. Ecce, 27. q. 2.* Hinc etiam fit ut non dirimatur per tria vota substantialem, que emittuntur à coadjutoribus formati in Societate Jesu; Sunt enim simplicia, quamvis publicè emittantur, ut declaravit Gregor. XIII. in Constitutione *Ascendente Domino edita 8. Kalendas Junii 1584.* & censent quatuor ejusdem Societatis Patres, videlicet Vasquez in *1. 2. q. 96. art. 4. disput. 165. cap. 10. Henriquez lib. 11. de Matrim. cap. 8. Petrus Ribadeneira in lib. de Societate, Institut. cap. 19. §. 1. & Sanchez de Matrim. lib. 2. disput. 18. n. 6.* Et quamvis Advocati dicant sufficere causam expressam in Canone, vel illi similem; tamen ad hoc requiritur omnimoda similitudo, Abb. *hic n. 4.* dum ait Papam non posse dissolvere Matrimonium, nisi ex causa in jure expressa vel omnino sibi simili. De quo tamen dixi supra in primo notab. *num. 2.* At professio in Monasterio, de quo agitur, nullo modo habet hanc omnimodam similitudinem cum professione solemnem, quia vota simplicia non æquiparantur solemnibus ut in *d. c. unie. in fin.* illa enim continent solum promissionem verbalem; hæc verò continent etiam realem traditionem. Et hæc est causa, propter quam ratum dissolvitur per solemnem professionem non autem per vota simplicia secundum D. Thomam in *4. sentent. dist. 38. q. 1. art. 2. ad 3. & Covarr. in Epit. de spons. part. 2. c. 7. §. 4. n. 7.*

Nec obstat, quod per professionem emissam ab aliquibus Tertiaris ratum dissolvatur secundum Sanchez allegatum; nam responderetur hoc esse verum de Tertiaris, qui emittunt vota substantialem in religione approbata & sunt vere Moniales secundum declarationem Sixti V.

Ultimo adducunt Advocati doctrinam Hostiensis. *hic n. 15.* quod per ingressum domus leproforum Matrimonium dissolvatur; sed tamen Hostiensis non sicut pedes & dicit consulendum Papam. Et certe ejus opinio vera non est & reprobatur à Joan. Andr. & aliis communiter. Unde in ea nullum potest fieri fundamentum pro dispensatione.

Oretenus deditur Advocati odium, quod inter conjuges emerit, propter quam causam dicitur dispensasse Eugen. IV. & scandala que probabiliter timeri possunt; que de re extat insignis doctrina Cajetan. *1. tom. opusc. tract. 38.* Verum hæc doctrina alias habita est pro admodum dubia, nisi subit timor publicitarum actionum. Et in Concil. Trident. *cap. 5. sess. 24. de doct. Matrim.* definitum est ut si quis dixerit propter hæresim, aut molestiam cohabitationem Matrimonium vinculum posse dissolvi, anathema sit, quod aliquando fuit intellectum etiam de Matrimonio rato; & sacra Penitentiarum in simili causa in qua graviore cause concurrerant, fuit divisa. Et revera in omnibus illis casibus frigiditatis viri, vel mulieris & malefici, de quibus in *tit. de frigid. & malis. de sponsa duor.* concurrerant illæ cause jurgii & dissidii inter conjuges, præsertim secunda uxor fuerat cognita, & remanebat distamata & prolem sustulerat; & tamen Canones semper jubent prima conjugia redintegrari. Itaque tutus videtur ut nobis hæc mulier ingrediatur aliquod Monasterium ex Religionibus approbatis, nam cum velit jam spontè tria vota substantialem proficere in perpetuum & supposita hæc voluntate habeamus modum canonice dissolvendi Matrimonium ratum non consummatum per solemnem professionem; privatus affectus ipsius mulieris volentis ingredi domum secularem non videtur juxta causam dispensationis in hac gravissima materia esse interea multa accideret poterunt, ob qua dispensatio non sit necessaria; ut si Matrimonium declararet nullum ex impedimento frigiditatis, seu maleficii, juxta *cap. Fraternalitas & cap. Laudabilem, de frigid. & malis, vel dementia viri*, juxta *cap. Dilectus, de spons.* aut si vir liberetur ab utroque morbo & uxor veritèr non curet amplius ab eo divertere; aut quid simile contigerit. Unde dispensatio propter exemplum quantum fieri potest videtur differenda & solum concedenda cum necessitas impulerit.

Quatenus placeret Sanctissimo concedere dispensationem tria essent præmittenda. Primum probatio Matrimonii non consummati, ad sacrorum Canonum prescriptum. Secundum expressio & cumlatio cause professionis in dicto Monasterio cum aliis causis, præsertim dissidii, odii implacabilis & inimicitiarum.

inimicitiarum. Tertium supplicatio utriusque conjugis nam ad inhibitionem unius tantum non contulerunt Matrimonia dissolvi.

Potè cessabit omnis difficultas si oratrix consentiat se incorporari religioni S. Benedicti; poterit enim eo casu Sanctissimus illi indulgere ut ingredi valeat domum religiosam Turris Speculorum, in eaque omittit tria vota substantialem & solemnem professionem religionis predictæ S. Benedicti, sub cujus regula Oblatæ dicte domus vivunt in manibus Delegati Apostolici; qui eam nomine hujus sanctæ Sedis acceptet, atque oratricem S. Benedicti incorporet ad effectum ut perpetuo in eadem domo remaneat sub obedientia illius Presidentis & Superiorum & etiam ad effectum ut Matrimonium inter oratricem & comitem ejus virum contractum, sed non consummatum, dissolvatur, ipseque comes ad alia vota transire possit. Neque enim est novum ut valeat professio solemniter emissa in domo privata in manibus habentis facultatem incorporandi religioni à Sede Apostolica

approbatæ ut est text. in *cap. Insuperante, Qui cler. vel voven.* ubi dicitur validam esse professionem regularem emissam à quadam muliere in manibus Fratris Ordinis S. Augustini, cum hoc ut in domo propria cum omni substantia sua remaneret. Atque ibi post gloss. Innoc. & alios vocat Abb. *num. 5.* & concordat text. in *2. de viduis, v. primò 27. q. ubi gloss. in verbo Propria*; aut esse votum solemnem licet in sua domo emissa fuerit professio. Ad idem est textus singularis hic ubi Innoc. III. respondet Matrimonium mulieris cum viro leproso contractum, sed non consummatum fuisse dissolutum per professionem emissam ab eadem muliere coram duobus Abbatibus in domo propria; qui textus videtur decidere casum de quo agitur.

Brevi expediendo addenda esset clausula infra scripta videlicet: *Ceterum per præmissa istius Monasterii, seu domus religiose statum in reliquis & quoad alias Oblatas alterare, aut quomodolibet immutare non intendimus.*



DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

Alexander III. Magistro A. de Mandesfordo.

CAPUT III.

Litterarum tuarum: & infra. Cum ex quadam munitione, nimio fuisses mortis pavore perterritus, hæc verba protulisti, Non diu hic morabor, proponens in animo, quod religionis habitum esses aliquando suscepturus: & infra. Tibi igitur respondemus, quod si plus non est in voto processus, transgressor judicari non poteris, si non impleas quod dixisti.

Litterarum. Simpliciter proponens religionem ingredi, licet non ingrediatur, non est reus voti. Hoc dicit secundum Joan. Andr. Butr. Cardin. Anch. & Joan. de Anan. Sed generalitèr potest sic sumari secundum Abb. Ex sola conceptione boni explicandi non obligatur quis ad bo-

num conceptum exequendum. Hoc intendit & est notabilis & singularis decisio. Primò, consultatio; secundò, responsio ibi. Tibi. Pro intelligentia hujus textus vide quod scripsi in *2. c. Consulti, n. 15. & 20. de regul.*



DE VOTO.

Innocentius III. Cantuariensi Archiepiscopo.

CAPUT VIII.

Quod super his; & infra. Quæsvisti de his, qui pro succursu Terræ sanctæ, signo crucis assumpto, propter infirmitatem, vel paupertatem, vel aliam justam causam, votum non possunt utiliter adimplere, cum sine distinctione receperis in mandatis, ut eos qui signum Crucis assumptum abjecerunt, ad resumptionem ipsius, & executionem voti compellas. Nos autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod debiles & inopes magis illuc in defectum, quam ad profectum accedunt; cum isti pugnare non possint, & illi mendicare cogantur: nisi fortè sint nobiles & magnates, qui suis secum expensis bellatores adducant: vel artifices & agricolæ, qui de laboribus suis sibi possint acquirere necessaria, & terræ sublidia ministrant.



DE CONVERSIONE CONJUGATORUM.

Idem Alexander III. Brixen. Episcopo.

CAPUT VII.

EX publico instrumento nobis innotuit, quod cum Veronen. Episcopus causam Matrimonii, quae inter A. virum & M. mulierem vertebatur, suscepisset...

SUMMARIUM.

- 1 Sponsa de praesenti non cognita, quae dicit Religionem ingredi velle, compellitur infra certum tempus Religionem profiteri, vel adherere marito, & num. 10.
2 Causa Matrimonialis tractatus & cognitio ad Episcopum pertinet.
3 Sponsa de praesenti potest compelli per cenfuras Ecclesiasticas ad Matrimonium consummandum, & mutuum cohabitacionem.

- cumque annis absuerit, licet voto peregrinationis mariti non consenserit.
22 Sponsa ingrediens Religionem non Mendicantem sine licentia viri, de jure cessatur anno probationis renunciare.
23 Matrimonium post lapsum est in remedium conceptientia.
24 Anno probationis etiam in Ordinibus non Mendicantium post Concilium Tridentinum renunciari non potest.

De Convers. Conjug. c. Ex publico.

- 46 Matrimonii consummatio requirit conjugum saltem inclusum in conditione conditionali, & num. 49.
47 Caro non potest dici corrupta, nisi mens prius corrupta fuerit.
48 Corpus mulierum non vis maculat, sed voluntas.

- 51 Ad Matrimonii consummatorem requiruntur conjugis animorum, & compositio corporum.
52 Vis praecisa impedit consummatorem Matrimonii tam spirituales, quam carnalis.
53 Vir & mulier per conjugum fornicariam non efficiuntur una caro.
55 Corrupta violentis inter virgines consecrati non potest.

EX publico. Sponsa de praesenti non cognita quae dicit religionem ingredi velle, compellitur infra certum tempus religionem profiteri vel adherere marito; hoc dicit Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. Abb. & Joan. de Aran. Prima pars narrat factum. Secunda, ibi. Ceterum, mulieri petenti dat judicem. Tertia solvit obitaculum, ibi. Sine.
Nota primo ibi. Cum Veronenfis Episcopus, tractatum & cognitionem cause Matrimonialis ad Episcopum pertinere. Ad hoc Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. §. Ad hoc de quo dicitur in cap. Accedentibus, a num. 2. infra de excess. Pralat.
Secundo nota ibi, Quod cum reuocet, sicut vinculo excommunicationis afficit. Sponsam de praesenti posse compelli per censuram Ecclesiasticam ad Matrimonium consummandum & mutuum cohabitacionem. Ad idem cap. Litteras, §. Porro de reposit. soluit. & cap. Inquisitioni de sentent. excommunicat. qui imo cogi potest praecise ad adduci ad domum viri, ut concludit Abbas in d. cap. Litteras, n. 29. dicens in consilio Cardinalium. Et sic prius cotus non est gratus, quia statim post contentum mutuum de praesenti tenetur reddere debitum ut notat gloss. 2. in cap. Coniuge 27. q. 2. Godfred. & Hostiens. hic num. 4. Cardin. in 2. notab. & Abbas numer. 1. Quin imo ut inquit Archid. & Bellam. in cap. Dispensatum n. 4. ead. caus. §. q. Si Papa fieret, nec alius intraret religionem, teneretur Matrimonium consummare, quia ex quo Matrimonium tenetur consummari debet & ad hoc est compellendus qui tenetur nisi intra tempus religionem intraverit, ut in hoc cap. nulla alia exceptio obstat, ut patet in cap. 2. de coniug. leprosor. Ad quod etiam facit cap. Ex parte, il secundo, §. Porro infra eodem ibi nisi se voto addixerit ad observantiam regularem, quae solum casum excipit illa littera secundum Archid. ubi supra.
Tertio nota ibi, Si praedictus vir cum carnaliter non cohaeruerit. Ante Matrimonium consummatum licere uxori etiam viro invito ad religionem transire, licet inter eos discordia praecedat; & sic non potest obijci uxori, quod hoc facit ad levitatis causa, sicut potest obijci Monacho de una ad aliam religionem transire volenti, ut c. Licet supra de Regular. & bene hic per Abbat. in 4. not.
Quarto nota ibi, Sufficienti cautione. excommunicatum pro maritali offensa in spiritualibus absolvi cum cautione. sic sic limita text. in cap. ex part. in fin. de verbor. signif. & in cap. Venerebilit. de sentent. excomm. lib. 6. ubi pater excommunicatum pro maritali contumacia non debere absolvi cum cautione, sed satisfactione praemissa. Hec enim jura limitantur communitate a DD. ut non procedant quando impetrantur satisfactio & purgatio contumaciae concernit spiritualia, prout contingit in casu hujus Decretalis quia non erat necessarium ut haec mulier excommunicata pro maritali contumacia intraret religionem licet professio valeret ut est textus notab. in cap. Cum illorum, de sentent. excomm. Collige igitur regulam, quod ubicumque excommunicatus debet exercere aliquid spirituale, potest absolvi ante satisfactioem, ne contingat eum excommunicatis vinculo innotatum finiri aia atterente. Quae declaratio fuit Abb. Anriq. hic n. 1. & eam postea tecus sunt Joan. Andr. n. 3. circa med. vers. Et notatur per nos, Butr. n. 5. Card. n. 2. Anchar. n. 8. & Abb. Sencius n. 11. vers. Sed contra hoc. Eandem declarationem posuit Innocent. in c. Pro illorum n. 8. Holt. n. 8. Joan. Andr. n. 15. & DD. communitat.
Ultimo nota ibi, Ad virum suum redire infra duorum mensium spatium, quod virum petente ut sibi uxor exhibeat maritalem affectum & reddat debitum conjugale & uxore excipiente se velle ad religionem transire, debet uxor prestare sufficientem cautionem, quod infra duorum mensium spatium vel ad religionem transibit, vel ad virum suum redibit ut in littera. Et licet aliter nomine sufficientis cautionis intelligatur datus pignorum vel fideiussoribus, l. Si mandato §. ultima. ff. Mandat. tamen si uxor non possit praestare nisi juratoriam, Judex debet eam admittere, ut est textus in cap. Per vestras infra de donat. inter uxorem & uxorem, & in Auth. Generaliter, Cod. de Episc. & Cler. & in regula Ad impossibile, de regul. jur. lib. 6. & concludunt hic Host. n. 3. Abb. & Anriq. n. 1. Abb. Siculus n. 11. & alii communiter & sentit gloss. in ver. Sufficienti, dicens in hoc casu id esse arbitrium iudici per cap. Quamquam 24. dist. &

adde quod in proposito scripti in cap. Odoardus, num. 69. supra. de solut.
Sed hic incidit dubitatio, numquid hic terminus duorum mensium assignetur conjugi ad proficiendum, an vero ad ingrediendum religionem.
In hoc articulo tres sunt scribentium opiniones. Prima opinio est Innoc. hic in verb. Duorum, qui tenet hunc terminum non dari sponse ad deliberandum, an velit redire ad sponsum vel transire ad religionem sed ad religionem probandam ita ut non habeat amplius tempus probationis, sed lapsus duobus mensibus statim profiteri cogatur, licet Episcopus ex causa possit hunc terminum prorogare & restringere. Rationem reddit Anch. hic n. 4. quia cum hoc spatium duorum mensium hic datur ad transendum ad religionem hujusmodi transitus debet intelligi cum effectu videlicet ut ingrediatur & proficiatur; nam per simplicem ingressum non esset sponso plene consultum qui forsitan juvenis est, nec potest diutius expectare & continere; Et haec causa forte movit Pontificem ad restringendum terminum unius anni, qui regulariter datur ad religionem probandam, ut in c. Ad Agostolum, supra de regular. Similiter Abb. hic n. 11. circa finem vers. Et adverte, dicit hunc terminum duorum mensium non dari solum ad intrandum religionem, sed etiam ad proficiendum, quia textus debet intelligi de ingressu religionis cum effectu alias non esset sufficienter provisum sponso, cum non possit transire ad secundas nuptias, nisi spona proficente, quae ante illius professionem non dissolvitur Matrimonium, ut notatur in c. Sine supra eodem; & subdit hoc aperte sentit glossam hic quam notant & communiter tenent Doctores. Idem firmant Joan. Andr. in c. Quae contrarius n. 12. ver. Sed dices de regul. jur. lib. 6. & post eum Henric. Boich. in c. Uxoratus n. 4. eod. vers. infra eod. Gemini. in c. fin. n. 8. & ibi etiam Prapoli. n. 4. circa med. v. Procedunt praemissa 55. distinct. Summa Tabiena in verb. Matrimonium 3. vers. Quod tempus, & Navari. dicens communem in Manuali c. 16. n. 27.
Secunda opinio primae opposita est Hostiensis hic n. 4. in verb. Infra duorum, qui tenet tempus bimestre dari ad deliberandum de religionis ingressu non autem ad proficiendum & dicit opinionem Innocentii esse contra hunc textum, qui non loquitur de professione, sed de transitu ad religionem; nec sibi placet ut uxor statim elapsis duobus mensibus profiteri cogatur, imo secundum eum habeat animum integrum ad probandum religionem & proficiendum, qui sine magna & urgente causa a iudice arctari non potest. Et cum haec opinio, quam recitat ultimo loco, videretur transire Ant. de Butr. hic n. 12. & eam probant Sancti. Antonin. 1. part. tit. 1. c. 21. §. 1. Summa Armilla in verb. Divortium n. 5. Petrus de Palud. in 4. sentent. distinct. 27. qu. 3. art. 2. conclus. 2. n. 14. Sotus eadem distinct. 27. qu. 1. art. 2. vers. At vero si infra & veriorum dicit Thom. Sanchez de Matrim. lib. 2. quaest. 24. n. 4. & communem Basilium Pontium in tit. de dissolut. nuptiarum & divorci. cap. 9. Et videtur ex mente D. Thom. in 4. sent. d. dist. 27. qu. 1. art. 3. qu. 2. Ad secundum aut, enim: Ante carnalem copulam non est omnino translatum corpus unius sub potestate alterius, sed sub conditione, si interea alter conjugum ad frangem melloris vitae non convoleat sed per carnalem copulam completur d. translatio quia tunc intrat uterque in corporalem professionem sibi tradita potestatis; unde etiam ante carnalem copulam non statim tenetur reddere debitum post Matrimonium contractum per verba de praesenti; sed datur ei tempus duorum mensium propter tria; Primum, ut interim possit deliberare de transendo ad religionem. Secundo, ut erantur quae sunt necessaria ad solemnitatem nuptiarum. Tertio ne vitem habeat maritus datam, quam non suscipiavit dilectionem. Hec. S. Thomas.
Tertia opinio media sic distinguit. Aut sponsa transit ad religionem sine licentia sponsum; & non habebit tempus probationis nisi duorum mensium; & in hoc primo casu intelligitur hoc caput. Aut transit de illius voluntate & sponsum tenetur expectare usquequo sit elapsus annus probationis, quia ex quo assensum praebuit ingressu, videtur consensisse ut habeat tempus ordinarium. Ita distinct glossa unica in c. dispensatum 27. q. 2. quam glossam approbant Godfred. & Philipp. in c. Consilii de Regular. & post eos Archid. & Bellam. in d. c. dispensatum in princ. & sentit glossa hic in verbo infra duorum, dum ait. (Uxor transiunt ad religio-

nem, non dabit Episcopus tempus probationis, nisi maritus contentus.) Et satis est ut consentiat ingressus, ut dicitur quidam quos tacito nomine receperit Joannes Andreas hic n. 6. circa fin. vers. Et ibi consentiat. Et concordat hic Card. in 6. q. ubi concludit, cessante consensu mariti, tempus duorum mensium dari uxori non simpliciter ad deliberandum, sed ad ingrediendum cum effectu, ita ut elapsis duobus mensibus cogatur uxor non professi redire ad virum; & non redire excommunicabitur. Et Petrus de Anchar. n. 10. ubi advertit textum nostrum loqui in casu in quo sponsus petebat sponsam & contradicebat ingressui, quo casu annalis dilatio coartatur ad duos menses, ut in littera. Si autem sponsus consentisset ingressui, tunc sponsa haberet probationis annum, quo elapso intelligeret tacite professi, c. Statimus supra de Regular. Ita Anchar. qui amplius putat etiam in primo casu in quo sponsus contradicebat ingressui elapsis duobus mensibus post ingressum induci professionem tacitam, quasi per assumptionem habitus cum perseverantia professio inducatur, sicut per lapsum anni, ut sic dilatio ex causa limitata eundem producat effectum quem dilatio integra, arg. l. sine pars, cod. de dilatione. quod est contra Innoc. Card. & alios supra citatos n. 12. qui dicunt elapsis duobus mensibus sponsam esse compellendam per excommunicationem ut vel profiteretur, vel ad virum redeat. Et sic supponunt eam non esse tacite professam, alias non posset cogi ad virum redire, quia Matrimonium non consummatum solvitur per professionem tacitam sicut per expressam, ut est textus clarus in Extravag. Antiqua Joannis XXII. circa fin. de voto. Et eandem distinctionem sequitur Joannes Brunellus de sponsalibus, conclusionem tertiā, numero 2. inter tractatus communes, vol. 16. fol. 32.

19 Sed nos credimus has opiniones omnes in terminis Juris communis esse conjungendas & distinguendum inter Ordines Mendicantium & non Mendicantium; nam si alter conjugum velit ingredi religionem Mendicantium habeat annum integrum ad profitendum, sive alter consentiat ingressui, sive non. Et in hoc casu putamus veram esse secundam opinionem Hosti. & sequacium, de qua supra n. 14. quis annus probationis in Ordinibus Mendicantium etiam de jure breviter seu restringi non potest, ut est textus in c. Non solum de Regular. lib. 6. & ob hanc rationem Joannes de Anan. hic n. 6. dubitat de veritate opinionis Lanocentii in religionibus Mendicantium. Quare cum textus nollet de duos menses sponse ut transeat ad religionem, intelligam hanc verba secundum propriam significationem de ipso ingressu, non autem de professione, ut videtur juris correctio ad c. Cum expediat de Resol. lib. 6. Nec obstat quod per hanc analem exceptionem, contra qui remanet in seculo subit periculo lapsus carnis. Quia tu respondeo ut notatur in c. Quoniam frequenter, §. Porro vers. Si autem supra ut sit. non concessit hic, eo nequaquam obstante quod de lapsu carnis posset opponi, quoniam in conjugio multo casus occurrunt in quibus conjuges sine culpa, sed non sine causa continere coguntur, & plures hic enumerat glossa in verbo multo casus. Et ultra illos maritum Cruce signatum tenetur mulier expectare quantumque annis abfuerit, licet voto peregrinationis mariti non prebent assensum, ut est textus in c. Ex multa, §. in tanta, infra de voto. Ergo multo fortius tenetur per annum expectare ingrediendum religionem, cum hoc votum vincat illud peregrinationis, c. Scriptura eodem titulo. Quod considerat Joannes Brunellus de sponsal. d. conclus. 30. n. 2. vers. Nec obstat quod per illam exceptionem. Sin autem sponsa transeat ad ordinem non Mendicantium, tunc si remanens in seculo non consentiat ingressui, cogetur 22 illa infra duos menses profiteri, quia cum voluerit religionem ingredi & religio eam recipere, sponsa contradicente, tenetur uterque renunciante anno probationis, quod heri poterat de jure in Ordinibus non Mendicantium, c. Ad Apostolicam & c. Statimus de Regular. juncto d. c. Non solum eod. tit. lib. 6. Et cum valde sit ventum le Summum Pontificem voluisse coartare annum probationis ad duos menses favore sponsi, ut advertunt Doctores, durum esset eum qui forte juvenis est expectare debere per quatuordecim menses, duos scilicet qui dantur sponsa ad ingrediendum & duodecim qui dantur ad profitendum; & ex quo ad hoc nulla nos compellit necessitas, cum annus probationis ex causa restringi possit in Ordinibus Mendicantium, ut dictum est, inconveniens esset eum adducere in periculum inconscientie, cum Matrimonium post lapsum sit in remedium concupiscentie & in subsidium fragilitatis humane, c. Naptiarum 27. q. 1. c. Quisquid 32. q. 2. glossa in Extravaganti Antiqua Joannis XXII. in verbo officia de voto, nam secundum Apostolum 1. ad Corinth. 7. Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat & unusquisque suam uxorem habeat; & infra Quod si non continent, nubant; melius est enim habere quam non, c. Sicut, §. His ita respondetur 32. q. 2. optime facit textus in c. 1. cum multis seqq. 32. q. 5. Si vero sponsus consentierit ingressui, tunc non est inconveniens

ut expectet donec labatur integer annus probationis; nam quibus renunciare valet ei quod professio introducit, d. c. Statimus supra de Regular. c. 15. juncto c. 22. in quacumque religione tam Mendicantium quam non Mendicantium nulla est professio facta ante annum probationis expletum, ac proinde ex Sacre Congregationis Sententia anno probationis amplius renunciari non potest; ea enim est natura Decreti irritantis in aliqua dispositione apposti, ut pars non possit tali dispositioni renunciare, c. dilecto circa finem, vers. Nisi forte de prob. & hic notat glossa in verbo Hujusmodi clausula, Host. n. 14. in eodem verbo; & apertius Abbas d. n. 14. glossa in c. Dispensia in verbo Processus de rescriptis lib. 6. & alii quos copiose cumulat Anton. Gabr. commun. concl. lib. 6. in tit. de claus. concl. 3. n. 18. Quare sive maritus consentiat ingressui, sive contradicat, uxor non cognita habeat annum integrum ad probandum religionem; nec antea poterit valide professionem emitte; Concilium enim tenetur revocare voluisse quidvis jure antiquo de breviori tempore probationis constitutum erat, quod & iam advertit novissime Basil. Pontius de Matrim. in tit. de dissol. vincal. & divort. cap. 9. num. 2. vers. Idque hodie multis magis, ubi etiam referunt duas declarationes Sacre Congregationis.

23 Non tamen admittimus quod hic ait Dicitur Basilus duos menses esse computandos de jure à die contracti Conjugii; imò enim ex communi Canonistarum Sententia computari debent à die professionis facte à Jure, ut notat glossa hic in verbo infra duos menses. Host. num. 4. in eodem verbo. Card. q. 7. & reliqui omnes; & satis colligitur ex hoc textu dum mandat Episcopo, ut recipiat ab uxore sufficientem cautionem quod infra duos menses vel ad religionem transeat vel ad virum redibit; ex hoc enim patet ad hoc preceperit ministerium hominis, ac proinde terminum non posse currere ipso jure à die celebrati Matrimonii; sed à die professionis termini, arg. leg. Quamvis à secunda, ff. de acquir. heredit. cum similibus, ut dixi in c. Cum sit ars n. 35. & 46. de atate & qualitate.

Uterius dubitatur cum hic textus dicat sponse de presententi posse ad religionem transeat, si sponsus eam carnaliter cognoverit, quid si eam cognoverit violenter.

in hoc quoque articulo sunt varie opiniones Doctorum, de quibus per Joannem Andream in regul. qua contra jus de regul. Jur. lib. 6. in mercatoribus, ubi post proxima dispositionem videtur sequi opinionem Bartholomei Brixienis in questione Dominical. 80. incip. Aliquis per verba de presententi inter tractatus communes, vol. 17. fol. 48. qui tenet sponsam vi oppressam ingredi posse religionem invito sponso, ne delinquens sit melioris conditionis quam non delinquens, c. Eum qui de prob. lib. 6. 1. Non fraudatur, §. Nemo, ff. de reg. Jur. l. 1. Servus, ff. Quod si vis aut clam. Idem voluit glossa in c. Si Evangelica 55. dist. & hic Archid. n. 6. Gemin. n. 7. & 8. & Prepos. n. 4. Anton. de Butr. in cap. Verum n. 3. & hic etiam Abbas n. 9. & Joan. de Anan. n. 4. supra eodem. Felin. in c. Causam que n. 4. in fine de probationibus. Angel. in verbo Matrimonium 3. n. 7. Silvester in verbo Divortium q. 5. Angel. de perusio in lege 1. §. Renovet numero 2. ff. de postulando, ubi ait corruptam violententer perire virginatam, licet non ejus beneficium quantum ad Deum. Hippolit. de Marit. in l. 1. §. Praterea n. 15. ff. de questionibus.

Contrarium voluit Host. in summa hoc tit. §. Et utrum possit exire, vers. Quod si virgo, ubi querit quid si virgo erat & dum properabat ad Monasterium illud ingrediendi causa, maritus eam secutus est & violenter desolavit & ipsa vero cum evasisset, nihilominus intravit; certè, ut ipse ait, reddenda est marito qui jure suo usus est, argum. cap. Cum Ecclesia Valterana, in fin. supra de electione. Neque enim ideo, quia coacta fuit mulier prima nocte & invita cognita Matrimonium non consummatum judicabo, quia nepari non potest quin una caro effecti sint Sacramento Matrimonii procedente, c. Ad Apostolicam, infra eod. c. Si Paulus, 22. q. 5. & ex quo cognoscitur, presumitur consentire c. Insuper, qui Matrim. accusat. post. Nec obstat quod perinde sit ac si non fuisset cognita, c. 1. cum quatuor cap. seq. 32. q. 5. quoniam illa sunt intelligenda quantum ad satisfactionem anime, secundum Hostien. & concordat Joan. de Ancona in summa hoc tit. §. Quod si virgo, & Henric. Boich. dicens hoc verius videri in c. Uxoratus n. 3. infra eodem, & Silvester in ver. Luxuria, q. 6. n. 6. vers. Adde ex Hostien. Fr. Jacobus & Guido in suis disputatiombus relati à Joan. Andr. in d. reg. Qua contra in prime. Joan. de Deo relatus à Butr. in c. Verum n. 3. supra eodem. Idem voluit Bal-

in cap. penult. num. 8. de probationibus, ubi ait; (Si puella est cognita etiam per vim, non potest tunc spoliare maritum contra ius & propria auctoritate, nec potest ingredi Monasterium, quia gloria virginitatis non est in ipsa.) Ad hoc facit secundum Barthol. Brixienem, quia lex promotionis respicit factum, non voluntatem, c. Si quis non notus 15. quest. 1.

19 Ideoque quantum ad legem promotionis nihil prodest ei qui oculum invitum amisit, d. c. Si Evangelica, 15. dist. Unde à simili sola carnis commixtio videtur spectanda, Idem tenuerunt Petrus de Palude in 4. sentent. dist. 28. q. 3. col. 4. Durand. ibidem dist. 27. q. 2. S. Anton. in 3. part. tit. 6. cap. 21. §. 1. & Reg. de Eghindebertis in 7. 3. post disputationes Pauli de Eleazaris, cum quibus videtur transire Covarr. in Epitome, de sponsalib. 2. part. relati. c. 7. §. 4. n. 10. Sotus in 4. dist. 27. q. 1. art. 4. vers. Quod autem juris.

In hoc opinionem consuetu tu considera, nam utriusque partis auctores vim constituent in hoc quod sponsus extorquendo copulam violententer delinquit, vel non delinquit; quandoquidem Barthol. Brixien. autor primæ opinionis fundat eam in hoc quod sponsus delinquit opprimendo sponsam violentem ingredi Monasterium; & ideo liceat sponse vi desolata ad religionem transeat, ne melioris sit conditionis si sponsus eam non cognoverit, et quomodo sit delinquens quam non delinquens. Contra verò Host. autor opinionis contrariæ dicit sponsam propter eam ad religionem 22 & vi corruptam esse reddendam marito qui usus est jure suo. Itaque solutio questionis videtur pendere ab inspectione an sponsus de presententi habeat jus extorquendi debitum à sponsa invita.

In qua dubitatione ego pro veritate existimo tres casus esse distinguendos. Primus est quando sponsa non dicit se velle ad religionem transeat aut de ingressu religionis deliberare; sed simpliciter renuit Matrimonium consummare vel aliam causam allegat quam transeat ad religionem, veluti quod non intendit virginatam amittere; & hoc primo casu vir post adhibitas diligenter et cum disponenda potest etiam sine peccato eam rapere & vi corrumper. Dixi post adhibitas diligenter, quia alias peccaret vim inferendo. Sanctus Thomas in 2. 2. q. 154. art. 7. ad 4. Quem ita intelligit & declarat Silvester in verbo Luxuria n. 6. vers. Dicit tamen Sanctus Thomas. Ratio hujus conclusionis est, quia ut supra diximus in secundo notabili, primus coitus est ex debito & non gratuitus; & sponsa post consentium mutuum de presententi tenetur statim reddere debitum petenti; & quoniam habeat exemptionem usque ad duos menses ad deliberandum de religionis ingressu juxta prædictum hujus Decretalis, ut ait glossa in c. Conjuges in verbo Prima 27. q. 2. tamen cum hujusmodi exemptionem non alleget vel ea uti nolit, perinde est ac si eam non haberet; regulariter enim est ut exceptio non profit nisi opponatur, ut insinuat de except. per tot & notat Barthol. in l. Eum qui ita, §. Qui ita n. 4. vers. Mox tibi unum habebim, ff. de verb. oblig. quem hic alii sequuntur; & in hac specie firmat Bald. in lege unica, n. 24. cod. de rapta virginum ubi concludit mulierem qui rapit uxorem non cogitam carnaliter, ita demum posse puniri si appareant signa quod ipsa volebat monacham, alias secus. Et cum hac distinctione dicit debere intelligi opinionem Doctorum; & sequitur Salicet. in dicta lege unica n. 9. Joan. de Anan. in c. fin. n. 4. de rapto. Covarr. in Epitome de sponsal. part. 2. c. 7. §. 4. n. 11. dicens non esse puniendum sponsam qui sponsam de presententi per vim cognovit & rapuit, nisi ipsa precegitaverit & tractaverit de religionis ingressu. Sotus in 4. sent. dist. 27. q. 1. art. 4. vers. Quod autem juris; & lapponunt omnes supra allegati in summario textu, dum loquuntur de sponsa que dicit se velle religionem ingredi quia oppositum sentiant si id non dicit quidvis contra scripserit Thomas Sanchez de Matrim. lib. 2. dist. 22. n. 16. Quare si uxor post copulam vi extortam hoc casu ad religionem transeat & profiteretur, esset reddenda marito qui usus est jure suo secundum opinionem Host. quia Matrimonium verè & legitime fuit consummatum juxta textum in cap. Quidam supra eodem; & infra in cap. Accedens.

Secundus casus est quando marito volenti copulam extorqueat uxor opponit quidem exemptionem ingressus religionis; sed tamen lapsum esse bimetre vel aliud tempus arbitrium quod ex prescripto hujus Decretalis assignatur conjugii solenti ad religionem transeat; & tunc maritus utique potest cogere uxorem ad Matrimonium consummandum; & eamque relictam vi desolare, quia utitur jure suo & per copulam etiam vi extortam hoc casu Matrimonium consummatum, adeo ut neutri conjugum liceat amodo, altero invito, ad religionem transeat. Neque hoc casu intrat opinio Bartholomei Brixienis & sequacium, qui supponunt maritum delinquere vim inferendo, quod non contingit in hac specie; sed potius intrat contraria opinio H. R. qui supponit maritum jure suo uti, copulam extorquendo. Unde jure optimo Joan. Andr. Fagnan. in III. Lib. Decretal.

in d. reg. Qua contra n. 12. vers. Possit dici etiam de reg. Jur. lib. 6. ait questionem non dubiam dici posse quando post assignationem duorum mensium vel temporis arbitrarii fieret talis oppressio ante omnem professionem, quasi tunc licite potuerit sponsus copulam exigere ab invita; & cum Joanne Andrea consentiant Butr. Abbas, Joannes de Anan. & alii supradicti n. 28. Henr. Boich. in c. Uxoratus n. 4. infra eodem.

Ceterum adverte, quia quod dictum est de tempore duorum mensium vendicat sibi locum, si sponsa nondum intraverit Monasterium; tunc enim lapsis duobus mensibus ut supra assignatis, licet sponsa jure suo uti per prædicta. Verum si sponsa religionem intraverit, tunc non sufficit ut lapsi sint duo menses; sed sponsus expectare debet ut labatur integer annus requisitus ad professionem emitendam par ea que dicta sunt supra n. 24. Eoque transacto poterit eam repetere & à Monasterio egressum vi desolare, dummodo tamen expressè vel tacite professionem non emisit, nam per eam solvitur vinculum Matrimonii nondum consummatum, ut est textus in Extravaganti Antiqua in fine de voto; & raptores & vi corruptores sic professam puniendus est, ut c. si quis rapuerit 27. q. 5. & c. si quis non dicit 25. q. 1. & in proposito post Hostienem notat Joannes Andreas in d. reg. Qua contra n. 11. vers. Fatetur quod secus si post tempus & numero decimo secundo, ubi hunc casum similitè inter non duos recenter.

Tertius casus est quando sponsa excipit se velle religionem ingredi; & nondum elapsam est tempus duorum mensium, vel aliud arbitrium, ut supra assignatum; aut si ipsa jam ingressa est religionem, adhuc tamen est infra annum probationis; & in hoc tertio casu vir absque dubio delinquit, quia sponsam contra jus & vitiose opprimit; nam si non fuisset oppressa, suo jure poterat debitum denegare, sive dicitur sponsa exceptionem temporis ad transeundum ad religionem secundum ea que notantur in c. Conjuges 27. q. 1. Delinquit ergo sponsus privando illam privilegio virginitatis; & per consequens consecrationis & aureole, ut notatur in c. Reverti & c. Illa 32. q. 5. non enim habebit illum fulgorem in corpore quem specialiter habebant solæ virgines, ut inquit Archid. in summa, c. d. caus. ff. q. 2. circa fin. in verbo Aureola. Item delinquit petendo plus causâ vel tempore, ut c. an de plus petition. & fuit amator ardentior in uxorem, c. origo 31. q. 4. Item sacrilegus & excommunicatus opprimendo religionem, licet non professam, c. Religiosam de jur. excomm. lib. 6. Item excommunicandus impediendo religionem & calitatis propositum, c. fin. 32. q. 2. ad hoc c. multos 54. dist. Item quia jus sibi dixit in re propria contra id quod habetur in c. placuit 16. q. 6. & in lege Nullus cod. de iudic. Item quia jure beneficium mulieri que non solum vult, sed factio suam voluntatem ostenderit, auferre non debuit. c. Indultum cum concordantibus de reg. Jur. lib. 6. & quoniam non puniatur ut raptor, nec incidat in Constitutionem Si quis in tanta, ut notetur in c. 2. 36. q. 1. puniri tamen debet ut transgressor legis prohibentis ne quis rapiat sponsam propriam, lege unica cod. de rapto virginum. Nam sic est in Matrimonio spirituali, quia non debet sponsus suam sponsam vel beneficium rapere violententer, capite Eum qui de presententi, libro sexto.

Itaque cum multipliciter deliquerit, intrat motivum Bartholomei Brixienis & sequacium, quod non debeat esse melioris conditionis quam non delinquens, ut in iuribus supra citatis n. 28. ne pro poena quam meruit consequatur privilegium, c. si verè de sent. excomm. cum potius est propter sui odium repellendus, alias daretur oculo malignandi contra id quod habetur in c. legi 16. q. 1. & c. Quamvis in fin. de divort. & consequeretur indirectè quod directè non posset consequi contra id quod notatur in c. Tua de procurat. & in c. Cum quid n. 3. de reg. Jur. lib. 6. & audiretur suam turpitudinem allegans contra, c. Cum super de concess. prebend. & in c. Inter dilectus de donat. Unde hoc casu non est locus opinioni Host. & sequacium, quia supponunt maritum uti jure suo & non delinquere vim inferendo, cuius oppositum contingit quando sponsa violententer intrat tempus eidem competentis ad ingrediendum religionem vel profitendum, ut ex dictis constat; & consequenter copula non legitime extorta non erit sponsa impedimento, quoniam possit religionem ingredi & solemniter profiteri, quia cum contra jus & vitiose oppressa fuerit quoad facientem id habetur pro non factis, ut in d. d. resoluta qua contra jus cum concordantibus de quibus hic in glossa prima & argumentum legis Quoties, ff. qui satisfacti cogantur, ubi si satisfactio prebita vitiose, non dicitur prebita.

Declarata tamen conclusionem ut supra firmatam, ut locum sibi vindicet, dummodo sponsa per coactionem non conditionalem seu per metum, sed per coactionem pacifam & absolute oppressa fuerit; nam consensus potissimè in Matrimo-

422 monio requiritur; sed Matrimonium non est perfectum, nisi per copulam. Ergo copula requiritur consensus saltem inclusum in coactione conditionali, ut notatur in c. merito 55. q. 1. patens autem coactionem absolutam nihil agit, cap. Sacris quod met. caus. & haec ratio multum movit, Joan. Andr. in d. reg. qua contra jus in fine. Ad hoc facit secundum Bart. Brixien, in d. q. 80. n. 1. quia caro non potest dici corrupta, nisi mens prius corrupta fuerit, d. c. revera 32. q. 5. Item corpus mulierum non vis maculat, sed voluntas, c. Proposito & c. de pudicitia, verif. corpus ibid. caus. & quast. Cum ergo haec mulier jure lactove corrupta non debeat reputari, adhuc quali incorrupta poterit religionem profiteri. Item si ab alio quam a marito vi oppressa fuisset, manens hoc et imputare non potest, ut l. Vim passa, ff. de adult. Ergo multo minus imputare ei debet quod ipse fecit. Demum Matrimonium consummatum repraesentat unionem Christi cum Ecclesia per carnem & spiritum effectum a Jure Divino & indissolubilitatem, c. Divind 26. dist. c. Cum societas 27. q. 2. c. debitum de bigam. & c. unico de voto lib. 6. Ergo per eam solam copulam consummatur quae potest hanc unionem repraesentare, quia omne quod est Sacrum vel alterius rei signum, illud debet esse simile, c. signum est & c. species de consecr. dist. 2. sed talis est sola copula voluntaria, cum unio Christi voluntaria fuerit. Sanctus Thomas in 3. part. q. 1. art. 2. Ergo per solam copulam voluntariam Matrimonium consummatur; & sic duo requiruntur ad confirmationem Matrimonii, consensus animorum & commixtio corporum quae firmat & perficit, c. In omni 27. quast. 2. Item vis praecia & absoluta impedit consummationem Matrimonii spiritualis, arg. cap. de Judais 45. dist. & cap. Majoris de Baptism. & cap. Gestis, 74. dist. Ergo fortiter impediret consummationem Matrimonii carnalis, in quo cessare debet omnis coactio, cap. Cum locum, de sponsal. & probatur a contrario sensu in cap. Insuper, Qui Matrim. accusare poss. nam si requiritur ut semel copula carnali consenserit, utique si non consensit, tunc Matrimonium, cap. Contineatur,

ibi, de suo assensu desponsata, vel cognita, de despons. impub. Non enim videtur communicasse corpus suum, ex quo per vim fuit cognita. Unde intrat ratio, cap. Verum, supra eodem, ibi: Quia cum non fuisset una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, & alter in saeculo manere. Non obstat quod ex copula violenta oriatur assinitas, ut cap. Discretionem, infra de eo qui cogn. confang. uxore. sua. Quoniam non propterea efficiuntur una caro, ut notat gloss. in cap. In eo fornicator, in ver. Erant 32. quast. 2. quod patet, quia in illa Decretali copula fuit illicita & inique exorta, cum mulier esset alteri viro matrimonialiter copulata; & sic per copulam non poterunt effici una caro, etiam si fuisset voluntaria, cum ibi non esset Matrimonium, ut cap. Verum, supra eodem, cap. Lex divina Constitutionis, 27. quast. 2. & colligitur ex cap. Agathosa, ead. caus. & quast. Ergo non est bona ratiocinatio, Copula violenta parit assinitatem, Ergo per eam vir & uxor efficiuntur una caro, & Matrimonium consummatur. Denique non obstat jura, quae dicunt saeculum attendi, quoniam ponunt casus speciales propter defectum Sacramenti, ut cap. Ille, 32. quast. 5. vel propter prerogativam Ordinum, ut in cap. ult. 55. dist. nam les promotionis considerat factum, non voluntatem, cap. fin. 15. quast. 1. Et ob hanc rationem per vim oppressa non poterit inter virgines consecrari, quia virginitas ablata est, & per coactionem praeciam inhabilitat eam quantum ad hoc, ut est textus in c. Acutus, 26. quast. 5. & in d. cap. Ille, 32. quast. 5. & isto casu verificatur argumentum allegatum in contrarium per Archidiaconum in d. cap. fin. 54. dist. ubi expressa declarant Gemin. n. 8. verif. Iam distinctionem, & Prepositum n. 4. circa finem, verif. Iam definitionem. Sed huiusmodi casus quae vigent in consecratione, hic cessant, quia licet oppressa non possit inter virgines consecrari, potest tamen profiteri, cum in professione potius attendatur voluntas, quam factum, secundum Joan. Andr. in d. Regula, Quae contra num. 11. de Regul. jar. lib. 6.



DE CONVERSIONE CONJUGATORUM.

Urbanus III. Priori Sanctae Crucis.

CAPUT IX.

EX parte Abbatis sancti Petri ad audientiam nostram pervenit, quod cum D. in infirmitate positus, consentiente uxore votum vovens castitatis, monachalem habitum suscepisset, postmodum liberatus uxorem retinuit, & aliam, ea defuncta, ea temere copulavit. Quia vero licet praedictus D. uxore sua remanente in saeculo, de jure ad religionem nequiverit proficisci, ea tamen sublata de medio, votum sine salutis suae periculo, non potuit violare: Mandamus quatenus si verum est quod asseritur, praedictum D. per excommunicationem compellas, ut muliere dimissa ad suum Monasterium revertatur; sub regulari habitu de caetero Domino serviturus.

SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia de praesenti per Religionis professionem, non per propositum castitatis servanda in saeculo dissolvuntur.
2 Matrimonium non consummatum an solvi possit per Papam ex alia causa, quam in jure expressa, vel omnino simili.
3 Statuta praedecessorum a successoribus custodiri debent.
4 Papa potestas duplex.
5 Ecclesia potest constituere ut Matrimonium ratum dissolvatur, si alter conjugum labatur in haeresim.
6 Secus si Matrimonium sit consummatum, num. 9.
7 Contra Matrimonium ratum, latissime patet Papa potestas.
8 Papa potest dissolvere Matrimonium non consummatum tam per viam statuti, quam dispositionis.
9 Matrimonium ratum pro jure dissolvitur per solemnem professionem alterius conjugum.
10 Matrimonium infidelium licet sit verum Matrimonium, tamen non est Sacramentum.
11 Matrimonium ratum solvitur ex constitutione Ecclesiae, conjugum ad fidem converso, si infidelis voluerit ei cohabitare, aut non sine contumelia Creatoris.
12 Matrimonium infidelium est Sacramentum, & post copulam ab Ecclesia solvi non potest.
13 Dissolvendum an sit cum mobili conjugata, ut in Domo Turris Specularum Urbis emittat tria vota substantialia in manibus Delegati Apostolici, ita ut per hanc professionem solvatur Matrimonium non consummatum, & num. usque in finem.
14 Voti solemnitas est de jure positiva.
15 Matrimonium ratum non dissolvitur per susceptionem sacri Ordinis, sed per solemnem professionem.

- 15 Professio conjugis ut dirimat Matrimonium ratum non consummatum tria requiruntur.
16 Monasterium Turris Specularum Urbis non est regulare, neque in eo emittantur nisi duo vota perseverantia & obedientiae.
17 Papa an possit statuere ut professio emissa in domo seculari dirimat Matrimonium ratum non consummatum, & n. seq. usque ad num. 20.
18 Professio regularis non dicitur nisi ad sit consensu Religiosis recipientis.
19 Papa an possit statuere ut Matrimonium ratum dissolvatur per secundum consummatum, & num. seq.
20 Dissolutio super Matrimonio rato quibus ex causis sit concedenda.
21 Frigiditas viri, & transitus ad coelibatum an sint iusta

- causa dispensandi super Matrimonio rato.
22 Matrimonium ratum non dissolvitur ex voto quod emittunt Tertiarie & Ursulinae.
23 Nec Eremitica vita professione, aut votis, quae in Societate Jesu emittuntur a coadjutoribus formati, videtur.
24 Matrimonium ratum cur dissolvatur per solemnem professionem, non autem per vota simplicia.
25 Et an dissolvatur per ingressum domus leprosorum.
26 Odium inter conjuges exortum an sit iusta causa dispensandi super rato.
27 Dispensationem super Matrimonio rato non consummato quae debeat precedere.
28 Professio regularis dicitur quod quis incorporatur alicui ex Religiosis approbatis, etiam si fiat in domo seculari.

EX parte II secundo. Per Religionis professionem, non per propositum castitatis servandae in saeculo dissolvitur sponsalia de praesenti. Hoc dicitur: Communis divisio. Secunda ibi. Nos autem, quae tria facit. Primum contra solutionem allegat. Secundum, solvitur ibi, Nos autem. Tertium, solutionem determinat, ibi, Porro.

Nota ex hac Decretali in verif. Nos autem, argumentum optimum secundum Abb. num. 3. quod Matrimonium contractum per verba de praesenti etiam carnali copula nondum consummatum, non potest dissolvi nisi in casibus a jure expressis; ponderando litteram ibi, nullo casu, juncto verif. Nolentes. Unde inferat Abb. ut Papa non possit Matrimonium ratum dissolvere, nisi ex causa expressa in jure, vel omnino simili. Sed certe haec littera hoc non probat, quia Papa non dicit, Nos non valentes a praedecessorum nostrorum velegis declinare; sed nolentes. Et sic non fundat se in impotentia, sed in voluntate, quia nimirum decet Romanum Pontificem decessorum suorum voluntatem, & statuta custodire, cap. Justitia, 25. cap. Deservorum, & cap. Si ea deservorem, 25. quast. 2. non tamen ad id alstringitur, cap. Innovate, §. Quamvis autem, de elec. cap. ult. de res. lib. 6. §. Hic ita, 25. quast. 1. l. Digna vox, c. de legib. S. Thom. in 1. 2. quast. 96. art. 5. ad 3. Unde opinio Abbatis salvari potest tantummodo in potestate Papae ordinaria, quae scilicet requirit ordinem juris positivi, & regulariter ad limites dispositionis illius, ut per Gemin. conf. 53. Pro professione, in princ. verif. Quaedam est potestas ordinata, non autem in potestate suprema, seu absoluta, secundum quam Papa est supra omne jus positivum, c. Proposuit, de concess. praebend. & d. §. Hic ita, S. Thomas quodlib. 4. art. 13. Gemin. d. conf. 53. in princ. verif. Quaedam est potestas suprema.

Et propterea Hostien. hic num. 3. in verif. Fieret haereticus, censet Ecclesiam posse constituisse ut Matrimonium dissolvatur, si alter conjugum labatur in haeresim, sicuti constituit ut dissolvatur Matrimonium etiam consummatum, si unus ex duobus infidelibus converteretur ad fidem, ut in cap. Gaudemus, de divorc. maxime si in casu, de quo loquitur haec Decretalis, Matrimonium consummatum non esset: non quare aliud censetur in fidelibus, aliud in infidelibus, non est rationem diversitatis reddere, nisi ex causa ratificationis, quae canonica, sive Ecclesiastica constitutione confirmatur, ut in cap. Quanto de divorc. supra quam tamen Papa positus est, d. cap. Proposuit de concess. praeb. cap. Significasti, §. de elec. Ita Hostien. quem totidem ferè verbis loquitur hic Joan. Andr. in verif. Fieret haereticus, n. 3. quorum quidem opinionem arbitror veram esse, si Matrimonium sit tantummodo ratum, quia circa illud latissime patet Papae potestas, ut post Alan. dicit gloss. fin. in cap. Ex publico, supra eodem, licet in assignanda ratione hujus Apostolicæ potestatis non conveniant inter se Canonici, de quo late differit Turrecrem. in cap. Sunt qui dicunt, num. 4. 27. quast. 2. Et propterea dissolvi potest a Papa non solum per viam statuti, ut notat glossa praerelegata. Henric. Boich. in cap. fin. n. 4. infra de sponsa duorum, Anchar. conf. 409. Vifio, & distingerer in speculo, num. 3. & in cap. 1. num. 2. de voto, in 6. & ibi omnes; sed etiam per viam dispensationis, secundum opinionem Canonistarum, quam servat Ecclesia Romana, ut dicit in d. c. Ex publico. Ideoque Matrimonium per solemnem professionem alterius conjugis solvitur, ut hic dicitur. Idque non jure divino, sed Ecclesiastico, cum solemnitas voti sit ex sola constitutione Ecclesiae inventa, dicit textus in cap. ante de voto, lib. 6. & tenet in d. cap. Ex publico, Hostien. in verif. Consummatum, Joan. Andr. num. 9. & Butr. n. 16. Mich. Medina de sacror. hominum continentia, lib. 5. c. 87. & sig. Valquez in 1. 2. dist. 165. cap. 7. licet hoc casu Matrimonium solvi jure divino positivo censent Scot. Victor. Sor. Corduba, & alii apud Basil. Pontium de impedim. Matrim. cap. 19. §. 2. verif. Sed multi. Quia uno mirabile verbum dicit Hostien. in d. cap. Ex publico, videlicet de consensu utriusque conjugum, scilicet sponso & sponse, Papam posse ex potestate absoluta dissolvere Matrimonium, nulla alia causa existente; sed ex potestate ordinata posse

tantum ex causa illud dissolvere, ut hic. Et idem dicendum est secundum eundem in simili casu. Sed contrarium tenendum est, si Matrimonium sit carnali copula consummatum. Et miror quod Hostien. dixerit non esse rationem diversitatis inter Matrimonium infidelium & fidelium. Imo enim Matrimonium infidelium quamvis sit verum Matrimonium, cap. De infidelibus, de conjugum. & essent. tamen non est Sacramentum, sed merus contractus debentis Baptismo, qui est janua & fundamentum omnium Sacramentorum, cap. In de Presb. non baptiz. cap. Praeter, §. Veram, 23. dist. Unde non mirum si potuerit solvi ab Ecclesia, etiam si fuerit carnali copula consummatum, postquam infidelis declaraverit se aut nullo modo, aut non sine contumelia Creatoris velle cum converso ad fidem cohabitare, cap. Si infideli, 28. quast. 2. cap. Quanto, & cap. Gaudemus, de divorc. & notat glossa hic in verif. Patam conjugum. At vero inter fideles Matrimonium fuit elevatum a Christo in Sacramento, ut in d. cap. Quanto. Et propterea potestquam per conjugalem copulam effecti sunt una caro, ab Ecclesia amplius dissolvi non potest, quia Quos Deus conjungit, homo non separet, gloss. fin. in d. c. Ex publico, supra eodem. Henric. Boich. in d. cap. fin. n. 4. Turrecrem. in d. cap. Sunt qui dicunt, num. 4. 27. quast. 2. Doctores in d. cap. ult. ubi in specie Franc. in 3. notat. de voto, in 6. Et haec est ratio cur separatio Matrimonii non cadat sub dispensatione in novo Testamento, sicut in veteri, ut docet S. Thom. in 4. dist. 33. quast. 2. art. 2. quast. 1. ad tertium.

Quaero an sit dispensandum cum nobis muliere conjugata, ut in Domo Turris Specularum Urbis emittat tria vota substantialia in manibus Abbatis a Sede Apostolica delegati; ita ut ex hujusmodi professione dissolvatur Matrimonium ratum, non consummatum.

Anve timor fragilitatis viri, transitus ad coelibatum, & odium inter conjuges sit iusta causa Matrimonium ratum dissolvendi.

Advocati hujus causae fatentur per professionem, quae consuevit emitti in domo, seu Monasterio Turris Specularum, de rigore canonico Matrimonium ratum non dissolvi ipso jure, sed esse opus ut a Sede Apostolica dissolvatur, & supplicent pro gratia.

Dicunt autem dissolutionem hujus vinculi posse fieri duobus modis. Primum, si Summus Pontifex indulget conjugii, ut in manibus Delegati Apostolici emittat tria vota substantialia, & observantiam regulae Sancti Benedicti, quemadmodum observatur in d. Monasterio, & declarat illa vota ceteri solemnia ad effectum dirimendi Matrimonium ratum. Deinde dicunt hoc fieri posse Pontificia dispensatione, pro qua plures causas afferunt.

Quoad primum modum est solemnitas voti a sola constitutione Ecclesiae dependet, cap. unic. de voto in 6. tamen ad dissolvendum Matrimonium ratum non sufficit ut votum sit solemne; alioquin dirimeretur Matrimonium etiam per votum, quod juxta d. c. Uri ex susceptione sacri Ordinis solemnizatur, cujus contrarium statuitur in Extravag. Jo. XXII. Antiqua, eod. tit. Sed requiritur ut votum sit solemne per emissionem professionis regularis, cap. Verum, & cap. Ex publico, supra eod. quia non per propositum castitatis servandae in saeculo dissolvuntur sponsalia de praesenti, sed per Religionis professionem, ut hic dicitur. Unde ait glossa per hunc textum in §. Ecce, in verif. Solitudinem, in fin. 27. quast. 2. Si quis in propria domo vellet religiosam vitam ducere, talis Religio non dissolvit sponsalia. Et de solemni Religionis professione loquitur Concil. Trid. cap. 6. sess. 24. de doct. Matrim. Si quis dixerit Matrimonium ratum non consummatum per solemnem Religionis professionem alterius conjugum non dirimitur, anathema sit. Ad hanc autem professionem tria vota substantialia requiruntur, de quibus in cap. Ad Apostolicum, de Regular. & in cap. Cum ad Monasterium, de Stat. Monach. Primum ut emittantur tria vota Castitatis, Pauperatis & Obedientiae. Et hoc primum hoc casu poterit concurrere, si Summus Pontifex indulget mulieri, ut praedicta vota emittat, quamvis in d. Monasterio ab aliis oblati non emittatur

ante annum expletum, quia contra presumptionem juris, & de jure, admittitur hoc casu probatio per protestationem precedentem, ut sententia in d. cap. 1. Joan. Mouschus in verb. *Præsumitur*, Prob. in d. l. i. Gemin. & Anchar. gloss. in d. cap. Ex part. in ver. *Per annum*, & ibi communiter Canonice, & in d. Clem. Ex.

6 Sed est habitus sit distinctus tantum distinctione latenti, ut benedictione, idem est ac si effectus indistinctus quoad puberes. Nam cap. *Statutus*, correctum est in hoc per Clem. Ex., ut ibi per gloss. in ver. *Delictis*. Et Card. n. 2. & 3. Quod procedit etiam habitus sit indistinctissimus, id est communis Professio, Novitius, & alius ibi communem vitam ducentibus, quia quoad puberes inducitur tacita professio per delationem annalem, non secus ac si habitus indistinctus esset, licet secus sit quoad impuberes, ut statuitur in d. c. 1. §. fin. de Regularibus lib. 6. Quamdiu tamen non appareat de hujusmodi tacita professione sive ex delatione habitus, sive ex aliis signis evidentibus, uxor ex hoc capite non videtur cogenda ad perpetuam clausuram, cap. *Ad nostram*, cap. *Super eo*, cap. *Ad Apostolicam*, & cap. *Consulti*, de Regul. cap. *Non solum*, & c. fin. eod. tit. lib. 6.

7 Quoad secundum articulum (quod est materia hujus Decretalis) tres casus videntur distinguendi: nam aut uxor expressit consensum, ut vir suscipere sacros Ordines, aut expressit contradixit, aut neutrum præstitit expressit, sed tacuit, & dissimulavit.

Primo casu ex hoc solo quod expressit consensum, seu licentiam dederit viro sacros Ordines suscipiendi, censetur se voto castitatis adstrictisse, & caret usu conjugii, secundum Cardinalem hic, in fin. per hunc text. Gemin. in cap. *Quia sunt ad fin.* & ibi etiam Turrecrem. num. 4. 28. dist. S. Antonin. in 3. part. tit. 1. cap. 8. ad fin. Silvest. in ver. *Matrimonium* 8. q. 11. vers. *Tertium*, & docet S. Thomas in 4. dist. dist. 27. quæst. 1. art. 2. ad 2. in quo consentiunt omnes tam Theologi, quam Canonice. Et quamvis gloss. in cap. *Seriatim*, in verb. *Post mortem* 31. dist. limitet hanc conclusionem ut procedat si uxor sciverit quoad hoc jure dispositionem, secus si ignoraverit, ejusque distinctioni adhaerent, Henric. Boich. in cap. *Uxoratus* num. 12. infra eod. Angeli in ver. *Matrimonium* 4. num. 9. & ex recent. Sanch. de Matrim. lib. 7. dist. 39. num. 12. Alter tamen in hoc loquitur S. Bonav. in 4. dist. 37. in expof. litteræ, ubi ait: *Si uxor consentiat viro, ut Ordinem sacrum suscipiat, vel ut Pledgium ingrediatur in conspectu persone, per quam secundum formam Ecclesie possit fieri divorcium; ipsa obligatur ad continentiam perpetuam cum viro qui est eadem caro cum ipsa; nec excusatur per juris ignorantiam.* Hec S. Bonaventura, quem refert, & sequitur Præpositus in d. cap. *Seriatim*, n. 5. dist. 32. Et sane eum corpus viri, ut ibi ponderat Præpositus, per sacrorum Ordinum susceptionem Deo fuerit perpetuo dedicatum de uxoris licentia, ejusque votum solemnizatum juxta cap. unico. de voto lib. 6. absurdum & scandalosum esset, ut uxor vellet marito sacris initiato carnaliter commisceri hoc preteritum quod ignoraverit se propterea ex juris dispositione voto continentie obstrictam esse.

10 Supposita autem hujusmodi licentia & consensu, uxor non solum censetur se obligasse ad castitatem servandam in saculo, verum etiam cum sit juvenis, cogi potest Religionem ingredi, & solemniter profiteri. Nam etiam magna sit altercatio inter Doctores, an uxor de cujus consensu vir ad sacros Ordines est promovendus, teneatur solemnem professionem in Monasterio emittere, ut hic in gloss. 2. venior tamen ac tutior sententia est, si mulier sit senex, & non suspecta de incontinentia, sufficere votum simplex castitatis in saculo, sua autem sit suspecta de incontinentia, aut si sit juvenis, ut hoc casu, sive sit suspecta, sive non, desiderat solemnem professionem; quod clarè constat ex Concilio Agathensi, cap. 16. & 17. relato in cap. *Eris copus*, 77. dist. cuius hæc sunt verba: *Sane si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequstrato manibus cubiculo Religionem promissa, postquam pariter conversi fuerint ordinentur.* Nec refert quod gloss. ibi in ver. *Religione*, & Turrecr. exponant ver. illud *Religione*, id est castitate, & vers. *illud Conversi*, exponatur ab Archidiacono, id est ad penitentiam. Nam hujusmodi expositiones inferunt vim litteræ. Unde Præpos. in c. *Site*, col. 2. in princ. vers. *Optimo Hostiensis*, 28. dist. dicit (pro hac opinione esse calum casu si juvenis debeat transire ad Religionem, & expositio gloss. Religionem, id est castitatem, ut dicit Præpos. est destructio textus, nec textus ibi distinguit an sit suspecta, vel non, sed ponderat tantum an sit juvenis; unde ex quo est juvenis, non debet remanere in saculo.) Hæc Præpositus, qui cum hæc sententia dicit transire Cardinalem, & Gemin. necnon Anton. de Butr. & Panorm. in hac Decretali; & fuit opinio Hostiensis. hic ad finem, ubi validissimam reddit rationem, quia sicut uxor profertis, quæ est juvenis, compellitur

transire ad Religionem, ut est casus in cap. *Cum sit*, supra eod. & infra, in cap. *Uxoratus*, & cap. *Ad Apostolicam*, ita & multo fortius uxor ordinandi, quia vir facilius potest postea visitare illam, si remaneat in saculo, quam potuisset, si transisset ad Religionem, & accedens ad uxorem fore non habebit repulsum. Via autem fieri potest, ut uxor juvenis viro affueta ex illius visitatione non adducat in periculum incontinentie, cap. *Litteras*, de fil. Presbit. cap. 1. & cap. *Clericos*, de excoib. Cleric. & mulier. Unde cum major sit ratio in uxore Clerici seculari, quam in uxore profertis, ideò idem jure erit in utroque. Ita Hostiens. cujus opinionem dicit propterea esse veterem Præpositus in d. cap. *Si te*, col. 2. vers. *Opinio Hostiensis*, 28. dist. quam etiam sequitur Anton. de Butr. hic in fin. vers. *Sed mihi plus placet*, ubi reprobat dist. Joan. Andr. inter juvenem de incontinentia suspectam, & juvenem non suspectam, Non video, inquit, si mulier sit juvenis, qualiter non sit suspecta, quia mulieres sunt volubiles ut rota. Idem Joan. de Anan. num. 1. circa finem, vers. *Ego nescio si possit inveniri mulier juvenis, & non suspecta.* Et hæc sententia secundum Præpos. ubi supra est etiam de mente S. Thomæ in 4. dist. 27. quæst. 1. art. 2. ad 2. ubi ait: *Uxor, de cujus licentia vir Ordinem sacrum suscipit, tenet perpetuam continentiam necesse non tamen teneri Religionem ingredi, si sibi non timeat de incontinentie periculo.* Cujus doctrinam in hunc sensum intelligit, & receptam dicit Navarr. in *Manuali* cap. 22. num. 52. in fin.

12 Addunt quidam ad hoc, ut vir possit ad sacros Ordines ascendere, & uxor Religionem ingredi, præter consensum conjugum desiderari etiam licentiam Episcopi per text. in c. *Si vir & uxor*, de vertere pro sola religiosa inter se consentientia vita, nullatenus sine Episcopi consensu tit. 27. qu. 2. Verum hoc non esse in præcepto, sed de honestate tantum, post Hugonem & Laurentium tradit ibi Archid. num. 1. super verb. *Fiat*, Bellam. n. 1. Innoc. in c. 1. in gloss. 1. supra eod. & alii quod ibi resultat n. 15. & de consuetudine observari, ut prædicta licentia non petatur, testatur ubi supra Joan. Andr. & Cardin.

Inaque si hoc casu constaret maritum suscepisse Ordines sacros de consensu uxoris, etiam abique licentia Episcopi, utique ipsi sive sciens, sive ignorans juris dispositionem, non solum obstricta esset ad servandum perpetuum continentie votum, sed etiam cum sit juvenis, cogenda esset ad Religionem transire. Verum de hujusmodi consensu habentis nihil apparuit; & quamdiu de eo non constat concluderetur, non videtur cogenda ad jugum Monachice servitutis, ut infernus dicitur in 3. casu. Et graviter corripendus esset Episcopus, qui sibi non consilio de hujusmodi consensu, maritum ad sacros Ordines promovisset, contra præscriptum sacrorum Canonum, & vir incidisset in penas extravag. *Antiqua de voto*.

Secundo casu explorati juris est uxorem cogi non posse ad professionem in Monasterio emittendam, quia conjugatus non potest ad Ordines sacros promoveri abique uxoris licentia, ut hic patet, etiamsi Matrimonium non fuisset consummatum, ut in d. Extrav. *Antiqua de voto*. Ac si ordinatur est contradicente, potest ab uxore revocari, & tenetur ei debitum reddere, licet exigere non possit, d. Extravag. *Antiqua*, & ibi gloss. ult. Item gloss. ult. cap. *Agathosa*, in ver. *debas* 27. quæst. 2. D. Thom. in 4. dist. 37. quæst. 1. art. 2. ad 1. Petrus de Palude quæst. 1. art. 1. n. 9. S. Anton. 2. part. tit. 1. cap. 8. ad fin. Silvest. in ver. *Matrimonium*, 8. quæst. 12. Navarr. in *Manuali*, cap. 22. n. 53. Quin imò idem juris esse in uxore que cum mortua crederetur, illius maritus fuit in Papam electus, & consecratus, tradit gloss. in cap. *Si quis pœnitia*, in ver. *Non Apostolicus*, 79. & ibi Archid. ad fin. Joan. Andr. Butr. Anchar. & Abb. hic. Ratio est, quia vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, secundum dicta ult. gloss. in d. Extravag. *Antiqua*. Et quia quod suum erat, scilicet debitum exigere, maritus vovere potuit, sed non alienum, scilicet non reddere, cap. *Una*, 33. quæst. 5. quam rationem assignat gloss. in d. cap. *Agathosa* in ver. *Debas* 27. quæst. 2.

14 Quæ conclusio procedit non obstante sententia divorcii, quæ hoc casu proponitur lata inter virum & uxorem, adhuc enim vir qui uxore invitata ascendit ad sacros Ordines, potest ab ea revocari, & tenetur ei debitum reddere, quamvis non possit exigere, ut post Laurentium tenet gloss. in c. *Ex litteris*, in ver. *Reddere de divorc.* Goffredus in *summa tit. de Convers. conjugat.* n. 8. D. Antonin. 3. part. tit. 1. c. 2. §. 6. vers. *Effectus accusationis*, Allen. in *summa 2. part. lib. 9. tit. 11. art. 5. in fin.* & tit. 33. art. 2. casu 6. Silvest. in ver. *Divortium*, quæst. 10. & in ver. *Matrimonium* 9. quæst. 11. Ratio est, quia post thori separationem potest uxor innocens cogere maritum, ut sibi revocaretur, secundum gloss. in d. cap. *Ex litteris*, quam communiter ibi DD. sequuntur. Et quamvis hæc ampliatio non transeat abque contradictione, & contrarium tenent Hugo relatus à gloss. ubi

supra, ac præterea multi eam limitent, ut non procedat quando post latam divorcii sententiam uxor innocens sapienter monita tenet conjugium sibi reconciliare, existimantes eo casu licere marito statum mutare, & ad sacros Ordines ascendere, vel profiteri etiam invitata uxore, ut in cap. *Gaudemus*, infra eod. tradunt Host & Joan. Andr. num. 3. Butr. ad fin. Card. quæst. 1. & Anchar. n. 2. tamen in presentia non est opus epimoldi articulo discutere, quia non constat uxorem contradicente ordinationi mariti, quin imò supponitur eam ignorasse, ut dicitur in 3. casu.

16 Tertio casu, id est quando uxor nec expressit consensum nec contradixit ordinationi mariti, sed tacuit simpliciter, iterum subdistingendum est; nam aut scivit maritum velle ascendere ad sacros Ordines, & tamen tacuit, & dissimulavit, aut ignoravit. Si scivit, cum hoc casu supponatur prececlisse sententiam divorcii inter virum & uxorem, videtur licitè marito statum mutare, & ad sacros Ordines ascendere abque uxoris licentia. Ratio est, quia cum uxor id sciverit, & non contradicent, sed dissimulaverit ulque ad divorcii sententiam, videtur licentiam dedisse, ac juri suo renuntiasse, arg. cap. *Agathosa* 27. quæst. 2. & tradunt S. Antonin. in 3. part. tit. 1. cap. 21. §. 6. vers. *Effectus accusationis*. Joan. de Fiburgo in *summa Conjug. lib. 4. tit. 22. quæst. 14. Siv. in ver. Matrimonium* 9. quæst. 11. Tabien. *Matrimonium* 4. quæst. 5. n. 6. Verum ex deductis non apparet de scientia uxoris, & quamdiu illa non probatur, presumitur ignorantia, ut in regula præsumitur, de Regul. jur. lib. 6. Unde ex hoc capite non videtur cogenda ad Monasterium.

17 Sin autem ignoraverit viri promotionem, ut supponitur in saculo, non obstante sententia divorcii, ut proponitur lata, mihi licet marito ad sacros Ordines ascendere abque uxoris licentia. Ratio est, quia cum innocens habet jus petendi ut sibi maritus reconcilietur, non licet marito statum mutare abque benedictione uxoris, nec juri illi acquisito inferat præjudicium. Sic docet S. Thom. in 4. dist. 37. quæst. 1. art. 2. ad 3. S. Bonav. ead. dist. art. unico quæst. 5. ad 2. Rosella in ver. *Divortium* n. 11. Silvest. eod. ver. q. 10. & in ver. *Matrimonium* 9. quæst. 11.

18 Quæ cum ita sint, durum videtur uxorem, quatenus non sit tacite professa, invitam compellere ad solemnem professionem in Monasterio emittendam: nam est obtinuerit licentiam ingrediendi Religionem, datus est tamen illi annus probationis in sublidium fragilitatis humaræ à SS. Patribus institutus, cap. *Ad Apostolicam*, supra de Regular. cap. *Non solum*, eod. tit. lib. 6. Unde quæ fortè Religionis auctoritatem ferre non potuit, iniquum videtur, ut eidem perpetuo aliter invitata, ut per Oldrad. cons. 96. incip. *Numquid Monachus possit includere Papa contra uxorem voluntatem*. Satis enim inutile est ut coacta servitia Deo præteritur, cap. *Illud* 20. quæst. 1. Et quamvis in casibus à jure permittis possit que cogi ad ingrediendum Monasterium, ut innuit cap. 18. §. 1. de Regular. Concil. Trid. pata propter delictum, juxta c. *Lapsi* 16. q. 6. vel si infans à parentibus offeratur, ut 20. q. 1. per tot. tamen nec invitata cogitur profiteri. In regulæ enim observantia gravitas est & labor, ut inquit gloss. in c. *Ad nostram*, in ver. *Ante consummationem*, de Regular. & servitus Monachalis humanæ servitutis dicitur est, cap. *Multos* 54. dist. Abb. cons. 8. *Videtur in princip. vers. Gen-*

ser enim lib. 1. Imò Navarr. cons. 39. num. 2. de Regulari. dicit non posse Summum Pontificem tam grandia præcipere, arg. cap. *Integritas* 31. q. 1. & cap. *Gesta*, juncta gloss. in ver. *Crescere* 74. dist. Et est ratio, quia cum consensus in Matrimonio tam carnali, quam spirituali exigatur jure naturali & divino, ab Ecclesia suppleri non potest, cap. *Præstatem* n. 21. *Qui sibi sibi legit mi*, Silvest. in ver. *Religio* 3. n. 12. Quare qui sine justa causa offensiois causa sunt intromissi nisi volentes non teneantur, quia quod non petunt, non observant, ideòque tales considerandi sunt magis peccata committere, quam plangere, ut legitur in Synodo Eugenii II. c. 32. relato in c. *Stetit*, ead. casu. & quæst.

Quod si dicas, uxor cogatur esse in Monasterio abique professione, ergo Monasterium erit ei carcer, & pena ubi non est culpa, contra c. *Si Compromissoribus* §. *final. de electis*, & contra naturalem rationem. Præterea cum se voto castitatis expressit aut tacite adstrinxerit, & obediit precepto Apostoli ad Corinth. 7. *Propter fornicationem unusquisque suam uxorem, & unquamque virum suam habeat*; Sec. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu, & ad tempus, cap. *Sicut*, §. *Hic ita responderet* 32. quæst. 2. & multo id faceret nubere, quam uri, secundum Apollolum, ibid. iniquum esset, ut abque facto & culpa sua privaretur jure conjugii, quod ad concupiscentie remedium jure titulo acquisivit. Idcirco etenim à sacris Canonibus statutum est, ut vir, qui sine uxoris consensu ad Religionem transivit, aut sacris est initiatus, possit ab ea quodcumque revocari ad consorium conjugale, ut in c. 1. c. 2. & per tot. hanc tit. nec fallit illius conversio uxori relicta in saculo fieri possit perditionis occasio, ut legitur in d. c. *Agathosa* 27. q. 2. Itaque propterea Abb. in c. *Quidam* in 1. not. n. 2. supra eod. dicit uxorem posse vindicare maritum, adjecti etiam conditione de jure divino. Imò in d. Extravag. *Antiqua de voto* 4. Vir, qui post sponsalia de presenti abque licentia sponsæ aliquid ex sacris Ordinibus suscepit, jubetur sponsæ ejus instantè compelli per censuram Ecclesiasticam ab Episcopo Diocesano contractum Matrimonium consummare.

Neque verò hac in re ulla habenda erit ratio scandalii, si quod inde exorietur, quia esset Pharisæorum, non pusillorum, & idem non timeandum, Matth. 15. & tradit Navarr. cons. 87. de Regular. & D. Thomas in 2. 2. q. 43. art. ult.

Placeret ut uxor, etiam nomine Sanctissimæ adnoberetur, & induceretur ad Religionem profitemdam, vel saltem ad perseverandum in clausura alicujus Monasterii in habitu seculari juxta cons. gloss. in d. c. *Si quis pœnitia in ver. Non Apostolicus*, 97. dist. Quod si nulla ratio induci queat, quam illa non probatur aut tacitam professionem emisisset, secundum ea que dicta sunt n. 3. & seq. aut licentiam dedidit viro ad sacros Ordines ascendendi, juxta dicta n. 6. & seq. aut saltem scivisse illius ascensum, & non contradixisse juxta n. 15. nullatenus videtur cogenda, cum invite non sit continentia indicenda, cap. *Ante triennium*, ibi: *Darum mihi atque incompetens videtur, ut qui usum ejusdem continentie non invenit, neque castitatem ante promissit, compellatur ab uxore sua separari, atque per hoc (quod ablit) deterius odatur* 31. dist. nec Monasterium debeat esse loco carceris ei, quæ nihil peccavit, & est potius digna commiseratione.

trare, quamvis non multi talium, propter brevitatem possessionum, & paucitatem inhabitantium ibi sint oportuni. Unde credimus distinguendum inter illos qui temporalem, & eos qui perpetuum impedimenti causam creduntur habere; quod primis indulgenda est dilatio, secundis autem est redemptio injungenda; ac rerum facultate pensata, quas possunt, aut quas facturi essent expensas, personarum præterea compensato labore, in subsidium Terræ sanctæ transmittant, exequentes per se nequeunt adimplere. Rursus inter illos, qui pro defensione Terræ sanctæ, votum peregrinationis emittunt, & eos quibus pro satisfactione suorum criminum, iter peregrinationis injungitur, credimus distinguendum; quod circa primos, plus Terræ sanctæ succursus; & circa secundos, plus labor itineris secundum intentionem votantis, vel pœnitentis debet attendi. Unde si quis hoc modo votum est inutilis ad pugnandum, quamvis habilis sit ad eundem, melius est redimere votum, quam expensas consumere: quod & de pœnitente, qui propter debilitatem non potest iter injunctæ peregrinationis implere, sanè valet intelligi, non autem de illo, qui quamvis sit impotens ad bellandum, potens tamen ad eundem: & infra. De mulieribus autem hoc credimus observandum, ut quæ remanere noluerint, viros suos sequantur, cæteræ verò (nisi fortè sint divites quæ secum in suis expensis possint ducere bellatores) votum redimant, quod voverunt.

Quid super his. Impedito ad tempus exequi votum ultramarinum, conceditur dilatio. Perpetuo verò impedito indicitur redemptio in eo quod magis expediat Terræ Sanctæ. Hoc dicit secundum omnes & est pars eisdem. Quod super his supra de fid. instrument. Communis divisio. Secunda hic Nos autem quæ primò dat generalem doctrinam, secundò ponit duplicem distinctionem. Prima hic, unde credimus.

Secunda hic. Rursus. Tertio solvit secundam questionem de consultatione decimam Joan. Andr. Tractat hic Innoc. III. an Papa potestatem habeat super infideles etiam Principes. Nos de hoc articulo egimus latissime in c. Canonum Status dicto numero 64. supra de Constitution. ubi retulimus verba ipsa Innocentii hic plenè videas.



DE STATU MONACHORUM ET CANONICORUM REGULARIUM.

Ex Concilio Lateranen.

CAPUT II.

Monachi non pretio recipiantur in Monasterio, nec peculium permittantur habere, nec singuli per villas & oppida, per quascumque Parochiales ponantur Ecclesias; sed in majori conventu, aut cum aliquibus Fratribus maneat: nec soli inter sæculares homines spiritualium hostium conflictum expectent, Salomone dicente, Væ soli: quia cum ceciderit, non est qui sublevet eum. Si quis autem exactus pro sua receptione aliquid dederit, ad sacros Ordines non ascendat, Is verò qui eum receperit, officii suspensionem mulctetur. Qui verò peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permittum, à communionem removeatur altaris, & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, & digne non pœnituerit; nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam, quod etiam de universis Religiosis præcipimus observari. Abbas autem, qui diligenter ista non caverit, officii sui jacturam se noverit incursum. Prioratus quoque seu Obedientiæ pretii donatione nulli tradantur; alioquin dantes & accipientes, à ministerio fiant Ecclesiastico alieni. Priores autem cum in Ecclesiis conventualibus, per electionem Capitulorum suorum canonicè fuerint instituti, nisi pro manifesta & rationabili causa non mutentur, videlicet si fuerint dilapidatores, si incontinenter vixerint, aut tale aliquid egerint, pro quo amovendi merito videantur, aut si etiam pro necessitate majoris officii, de consilio fratrum fuerint transferendi.

SUMMARIUM.

- 1 Regularibus utriusque sexus an liceat habere annuos redditus nomine Conventus, ac de suorum Superiorum licentia, & ad eorum nutum, & num. seq. usque in finem.
- 2 Proprium est duplicis generis. Peculi, seu administrationis bonorum stabilium tres sunt species, & quæ illarum sit prohibita à Concilio Tridentino, secundum opinionem Navarri, ibid.
- 3 Regularis, cui conceditur à Superiore administratio aliquis Villa cum onere solvendi certam portionem Monasterio, an possit de residuo disponere in suos usus sine proprietatis vitio, & num. 49. & seq.
- 4 Administratio bonorum stabilium an possit per Generalem Ordinis concedi alicui regulari ad vitam, & an liceat eidem Generali, vel Successori illam revocare, & num. 50. & 55.
- 5 Canonice Regularium, vel Monachorum Hispanie status, quibus solvantur annuæ portiones, quas vocant privilegias, an sit improbatas à jure, vel à Concilio Tridentino, & num. 62.
- 6 Fratres Commendatarii Sancti Spiritus in Saxia an possint disponere ultra vitium & vestitum de fructibus suarum Commendarum.
- 7 Opiniones nonnullorum Theologorum circa peculium regularium referuntur, & num. seq.
- 8 Regularis etiam non officialis potest habere peculium non superfluum, seu annuos redditus ad suos honestos usus de Superiorum licentia, & dependenter ab eorum voluntate. Contrarium, à num. 44. usque in finem.
- 9 Peculium Regulari concessum, vel similiter, vel cum facultate administrandi liberè, prout ei videbitur & placebit, an intelligatur in usus laicos, & ad arbitrium boni viri, & num. 26.
- 10 Regularibus de jure communi non permittitur habere peculium, seu annuos redditus, vel bonorum stabilium administrationem.
- 11 Pater in Regularibus proprietarius à jure communi statuta quæ sit.
- 12 Papa an possit cum Monacho super proprietate, vel libera peculii administratione dispensare.
- 13 Aut facere de Monacho non Monachum.
- 14 Conjectura etiam immemorabilis non excusat Monachum à transgressione voti paupertatis.
- 15 Necessitas nisi sit extrema non excusat à vitio proprietatis Regularem, qui aliquid celat Superiori, aut detinet eo invito.
- 16 Regularem posse habere peculii administrationem in usus licitos de licentia Abbatis, quibus fundamentis probetur de jure communi, usque ad num. 44.
- 17 Monachus & servus quoad acquisitionem bonorum equiparantur. Monachus conventibus oculis Superioris potest habere quasi proprium, sicut servus, ibidem, & num. 21. Contrarium, num. 22.
- 18 Monachus non dicitur proprietarius, qui nihil celat Abbati, & est paratus totum dimittere ad illius nutum. Contrarium, num. 47.
- 19 Monachus Ecclesiæ Catholice licet accipere à Monasterio annuam provisionem, scilicet quinquaginta. Contrarium, num. 62.
- 20 Legatum factum Monacho, ut nihil queratur Monasterio, an valeat, & num. 24. & 47.
- 21 Argumentum de servis ad Monachum non procedit ubi contrarium reperitur in jure expressum.
- 22 Servitus Monachalis diffinitur esse quam secularis.
- 23 Regularis datus executor ad distribuendam, non dicitur habere bonorum administrationem.
- 24 Intellectus cap. Insuperante, Qui cler. vel voven. & num. 31.
- 25 Monachus an ex taciturnitate & patientia Abbatis, possit habere peculii administrationem, & num. seq.
- 26 Monachus an possit facere elemosinam de rebus Monasterii ex permissione Abbatis, & num. 32.
- 27 Regularis sicut est innoxius proprietatis, ita & usufructus, vel usus juris, & num. 42.
- 28 Constitutio vel consuetudo Monasterii, secundum quam datur certum quid annuum Monacho pro vestitu, an valeat, & num. seq. & num. 62.
- 29 Statutum ut pro indumento Monialis habeant luctum manuum suarum validum est.
- 30 Contrarium, num. 62. & seq.
- 31 Regulares Capellani Papæ recipient de servitibus portionem ut alii, sed testari non possunt.
- 32 Intellectus cap. Cum ad Monasterium, & Tales, de statu Monach.
- 33 Dicitio, Nec, negat, & copulat præcedentia cum suis qualitatibus.
- 34 Obedientia, id est Prioratus, vel administratio Ecclesiæ.
- 35 Intellectus hujus cap. & num. 42.
- 36 Administratio peculii non potest per Abbatem concedi simpliciter Monacho, sed officiali temporali dantur, & n. 42.
- 37 Ut Regularis habeat beneficium ad nutum amovibile in titulum, non respugnat voto paupertatis, nec Concil. Trident.
- 38 Administrator cum libera potestate disponendi de fructibus, dicitur habere usumfructum, num. 42. vers. Ratio divestitatis.
- 39 Officialis dicitur administrator in utilitatem Monasterii, nec potest de fructibus disponere.
- 40 Concilium Tridentinum quid statuerit circa regularium proprietatem, num. seq. usque ad 67.
- 41 Regularibus prohibetur à Concilio Tridentino non solum proprietatis & possessio quorumcumque bonorum, sed etiam nuda detentio, etiam nomine Conventus.
- 42 Mobilium usus non permittitur Regularibus à Concilio, antequam Superiori tradantur, & Conventus incorporentur.
- 43 Administratio bonorum stabilium non permittitur à Concilio, nisi officialibus temporalibus Monasterii, & n. 74.
- 44 Administratio peculii etiam dependenter à voluntate Superiorum, & ad eorum nutum prohibita est à Concilio Tridentino Regularibus non officialibus, & num. seq. usque ad 54. & num. 72.
- 45 Regularibus non licet habere usum superfluum bonorum mobilium, etiam de licentia Superioris, & dependenter ab illius voluntate ac nutu.
- 46 Regulares tenentes mobilia superflua, aut immobilia, à culpa vel à serena ipso facto incurrenda non excusantur propter dispensationem Superiorum.
- 47 Prelatis asserentibus se posse concedere licentiam tenendi mobilia superflua, aut immobilia quacumque, fides non est adhibenda, & num. 69.
- 48 Dicitio, autem, est adverbialis præcedentium, & in casu contrario retinet idem thema præcedens.
- 49 Regularibus non licet ex dispensatione Superiorum habere administrationem peculii, etiam in usus licitos, & n. 56.
- 50 Regularis habens administrationem cum facultate disponendi de fructibus in quoscumque usus, dicitur habere usumfructum.
- 51 Indefinita legis æquipollet universali etiam in odiosis.
- 52 Præsertim si sit negativè concepta.
- 53 Peculii etiam non superflui administratio interdicta est Regularibus à Concilio Tridentino.
- 54 Regulares tenentur vitam instituire & formare ad præscriptam Regulam quam professi sunt, etiam antequam Monasterium, vel Religio ipsa à Superioribus instituantur, vel reformetur.
- 55 Monialis non potest sibi reservare pecuniam annuam pro suis necessitatibus, sed pecunia ipsa non obstante reservatione Monasterio acquiritur.
- 56 Monialis non licet annuos census emere nomine suo, aut Monasterii, nec pecuniam Monasterio dare ad hoc ut aliquam summam quotannis inde percipiant pro suis necessitatibus, etiam Monasterii nomine, & ad nutum Abbatis.
- 57 Monialis non permittitur ut pecuniam asserent in propriis sermionibus intus arcem cujus clavus sit gener Abbatis.
- 58 Monialis vitam communem non servantibus interdictum receptio puellarum ad habitum & professionem, & n. 66.
- 59 Monialis communem vitam suscipientibus quomodo consulatur à Congregatione Regularium.
- 60 Monialis non voverentibus in communi quibus cautelis indulgetur ut possint annuas provisiones recipere.
- 61 Decretum Clementis VIII. circa Regularium proprietatem expendantur & conservantur cum c. 2. l. 15. de regul. Concil. Trident. & n. seq.
- 62 Differentia inter bona propria Monasterii & aliunde quæ sit à Regularibus revocatur à Concilio Tridentino & Decretis Clementis VIII.
- 63 Bona undecumque à Regularibus acquisita cum ceteris Monasterii bonis confundi debent, ut communis inde usus omnibus suppeditetur.